ALMANACH NO

Jesus Nazarenus Rex Judeorum

Debile principium melior fortuna sequetur.

Almanach sive tacuinus in idiomate arabico sive Chaldaico vocabula sunt synonima, que idem est Ephemeris, sive diarium, aut diurnales supputationes motus vel diurnus planetarum cursus.

Ephemeridas Sempronius Asellio scribens dicit esse diaria in quibus singulorum dierum acta continentur. Ex verbis quoque Plinij constat Ephemeridas nostras esse quasdam supputationes motuum in astris, quid quoque die immineat.

Ephemeris ipse diarium interpretatur. Ephimeros autem quottidianum.

Annales autem (ut Gelius li. 5 cap. 18 ait) scriptura est que res gestas plurium annorum, cuiusque anni observato ordine descriptas explicant. Cum vero per dies singulos, et non per annos res geste describuntur, ea historia greco appellatione Ephemeris i. diurnalis dicitur.

Tyle insula ultima est orbis terrarum, quam mortales inhabitant.

Josue x. habetur quod Sol et luna in medio celi stetit immobilis spacio unius diei.

Esaie xxx. Sol ~~stetit~~ retrocessit decem lineis per gradus quos transierat.

Exodi xij. habetur quod Sol obscuraret ita ut tenebre fere palpabiles extitissent.

Ecclesiastes vij

Ne dicas, quid putas cause est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt. Stulta enim est huiusmodi interrogatio.

Romana moenia iaciebantur decimo kalendas Maij. Hora 3 post ortum Solis. ♃ in ♐. ☽ in [illegible]. So. in ♉. aliis vero planetis in [illegible] existentibus.

Jacobus Sieprc obijt 5 Junij anno domini 1540.

Bellum Valachie 1497 in quo nobiles Poloni cum rege Alberto perierunt.

Magister Martinus de Koprziwnicza ex parentela Kolaczek, prepositus extitit in Zyechowsky ecclesie collegiate ab anno domini 1530 ad 1542 quo anno die S. Georgij obijt prefatus. [illegible] templo magnam partem murorum erexit. 61. [illegible] 8 [illegible] pro [illegible] 200 [illegible] vel [illegible] ut [illegible] libere [illegible] astrologie, et Medicine [illegible]

Petrus Tomicius Crac. Epus anno 1535 die 29 mensis octobris [illegible] mortuus est.

In 1536 arx Crac. in parte potiore [illegible] consumpta est. die octobris 18.

Anno eodem 4 decima Cassovia capta est per regem Ungarie.

Anno domini 1541 Januarij 20. tres theologi promoti Mathaeus Costen Nicolaus Schadek et Stanislaus Grodiske.

Doctor Stanislaus Biel anno eodem Augusti 27 obijt.

[illegible] 21 [illegible] et [illegible] et 200 [illegible]

Salustius ad Caesarem scribens [illegible] et [illegible] in Carminibus

Faber fortunae quisque suae est

Non habet egestas unde pascat amorem

Divicijs alitur luxuriosus amor.

Virtute oportet non viribus uti

Discipulus prioris est posterior dies

Suma boni mens sibi conscia recti.

Secura mens iuge convivium

Filia temporis Sapientia

Homines exuit qui societatem [illegible]

Beneficium qui bonis dat omnes [illegible]

Magni brevis est fortuna laboris

Serviunt [illegible] mores observessa tempus

Sumptus census non superet

Alienum nobis nostrum plus alijs placet

Chrysostomus

Mensa divitum lethiferna pauperum

Mensa pauperis iustorum labores.

[illegible] stultos faciunt non sapientes

Subdere [illegible] homini [illegible]

Timere coepta [illegible]

Mors cuncta [illegible]

Calent magnifica [illegible]

Damascenus et Gilbertus. Vox [illegible] Omnes [illegible] nemo

Anime sequuntur complexiones corporum quibus [illegible]

GEORGIVS IODOCVS BERGANVS ad lectorem.

Astrorum si nosse uias, cursusq; perennes,
  Sensaq; si breuium quæris ephemeridum:
Si rapidi cœli uis scire uolumina, & hora
  Quæ noceat uotis, quæ sit amica tuis.
Deniq; si quid agant quæris non nescia fati
  Sydera, quid uarient tempora, signa, gradus.
Te docet exiguo Pitatus cuncta libello:
  Et monstrat geminis quæq; rotata polis,
Adde quòd horarum docet ut discrimina nocte
  Ostendant stellæ, Phœbus ut ipse die.
Nonne Ioui hunc credis fulmen subducere, quando
  Venturæ sortis præscia corda facit?
Ergo Conon cedat, cedat Milesia proles:
  Pitato Endymion se neget esse parem.

CATVLLI AVOGARII VERONENSIS carmen.

Quod cœlum indulget rebus, quod tempus agendis
  Incumbit, quæ stant annua fata uiris.
Quando erit effusis uenturus crinibus imber:
  Quæ mala falciferi, quæ bona certa Iouis.
Plura alia è cœlo, quæ nunquam forsitan olim
  Detulit Vraniæ, scripta Pitata docent.

Domin[us] n[oste]r Jesus Chr[ist]us, Sancta Maria filius passus est 8 kal april als die [...] Marcij
Resurrexit aut[em] 6 kalendas april als 27 Marcij
Debet aut[em] celebrari pascha post diem lunationis 14 april qui est primus mensis hebreis usq[ue] ad 21 diem lunationis eiusd. Ita q[uod] non celebretur infra 14 nec post 20 diem. Anis lunationis si vero 14 lunatio est dies dominica, tunc est pascha iudeorum. Et dominica sequenti pascha nostrum Christianum [...] 21 die hac aut[em] lunatio est proxima vernali equinoctio. Quod dies [...] [...] ad primordialem sedem divina providentia dispositus [...] aequinoctium ad 21 tum pascha ad 25 marcij [...] [...] correctio [...]

Modernis aut[em] temporibus Ecclia Romana in pascha celebratione 26 diebus recessit a patrum constitutione

EFFIGIES IO. STOEFLERI AN-
NORUM LXXIX.

S. Stanislaus Cracovien[sis] quond[am] ep[iscop]us Nunc aut[em] et patronus Interemptus est per Regem Boleslaum in ecclesia Anno d[omi]ni 1079 Maij xi Canonizatus Anno 1253

Curia curarum genitrix, nutrixq[ue] malorum
Iniustis iustos, inhonestis equat honestos.

S. Florianus n[oste]r patronus passus est circa [...]00, [...] annis sub Diocleciano et Maximiano persecutoribus. Cracoviam advectus Anno d[omi]ni 1184.

Petrus lombardus autor sententiarum claruit circa annum d[omi]ni 1172.

PETRI PITATI VERONENSIS MATHEMATICAE PROFESSORIS IN DIARIA NVPER A SE EDITA, ET alia Astronomicæ disciplinæ professori cuilibet perutilia, atq; super directorias, ac primi mobilis tabulas in claram, atq; expeditissimam formam ab eodem redactas

PROOEMIVM.

EPHEMERIDES nostras annorum quinq;. 1 5 5 2. 1 5 5 3. 1 5 5 4. 1 5 5 5. 1 5 5 6. quas modo præcedentibus adiecimus, non ad Tubingæ meridiem (ut priores) uerum ad Venetiarum urbis longitudinem exactissimo calculo elaborauimus. Hæc est enim Venetæ, atq; maritimæ regionis, nec minimæ partis Galliæ cisalpinæ, nedum patriæ nostræ domina, & alumna, urbium facile princeps, ac totius ferè orbis celebratissimum emporium. Hæc est (ut dicitur) urbs illa auri diues, sed ditior famæ. potens opibus, sed uirtute potentior. solidis fundata marmoribus, sed solidiore etiam fundamento ciuilis concordiæ stabilita. salsis cincta fluctibus, sed salsioribus tuta consilijs. Hæc urbi ac patriæ nostræ inclytæ usqueadeo clementissime moderatur, eandem sapientissime, ut urbes alias regit, atq; gubernat, ut non minori eam dilectionis affectu amplexari uideatur, quàm olim Romano senatui, Octauio quoq; ac Galeno Imperatoribus pergrata fuisse tradatur, à quibus olim Romana colonia (quod uetustum in porta Bursari Veronæ cognominata epigramma testatur) non indigne quidem effici meruit, uarijs quidem ac pluribus ornamentis, atq; nobilissimorũ ædificiorum monumẽtis exornata. Quibus omissis (quandoquidem innumeras illius, ac patriæ nostræ laudes, atq; antiquissima ipsius ædificia, uel ea etiam, quæ regum, ac principum uetustas sedes tum Pipini, tum Theodorici huius Gothorũ, illius Italiæ regis testantur, nostræ non est mentis enarrare, quæ duobus alijs relinquo, quorum alter hæc ciuis noster non uulgari oratione descripsit, atq; alter ex Germania licet oriundus, Veronæ tamen alumnus utrasq; huius. s. atq; illius laudes non inferiori forsitan Ascræo, carmine cecinit) Ephemerides nostras dicimus ad longitudinem computatas graduum triginta quatuor cum dimidio ferè ab occidente habitato, quæ Ve

netiarum urbi cosmimetrarum emensione sub latitudine graduum quadraginta quinque, minutorum sexdecim, Veronæ quoque non minus congruenti compensatur, à Tubingæ meridie (ad quem præcedentia ad annũ usque. 1551. diaria computantur (per minuta quatuordecim horarũ, uel propè distans, atque à Toleto) unde Alphonsi radices in cœlestibus motibus assumuntur) gradibus uiginti tribus, ac minutis triginta ferè ex æquinoctiali, quibus hora una minuta triginta quatuor correspondent. Quibus ab annis integris 1551. surreptis, atque ab ætate Christi per Alphonsi tabulas ex planetarũ motibus sumpta radice, per ipsarum canones reliqua operantes, ad prædictũ urbis Venetæ meridiem æqualis scilicet atque astronomici diei exordiũ (nulla hic propterea addita, uel diminuta æquatione dierũ, aliàs in coniunctionibus luminarium atque planetarum radiationibus superaddita) quosque cœlestes motus, solisque ac lunæ coitus cum oppositionibus ueris & inæqualibus quàm syncerissime supputauimus. Quod si modo Ioannis Stœfleri supputationes in ipsius Ephemeridium præcedentium annorũ descriptionibus à nostris per minuta. 20. horarum siue plus modo, uel minus diuersificari uideantur, atque ideo planetarum motus, siue etiam cõiunctiones luminarium, atque oppositiones per tantum temporis spatiũ præueniant, ac nostræ non minus tantundem tardiores appareant, ne mireris quæso, quandoquidem ipsi in æquinoctij annotatione, atque oppositionibus luminarium in paschali tabula per ipsum in nouo Romano calendario descriptis, à Pauli episcopi Forosemproniensis, ac nostra calendarij reformationis computatione per Alphonsi tabulas diligentissime examinata, per tantum temporis spatium præueniendo discrepat. Anno nanque Christi domini. 1520. ubi nos cum præfato Paulo æquinoctium uernum, siue introitum solis in primum Arietis punctum ad meridiem urbis Romæ decimo Martij die horis. 3. minutis. 28. notauimus, atque anno altero. 1521. horis. 9. mi. 17. post prædictæ urbis meridiem idipsum collocauimus. Ille hoc horis. 8. mi. 36. atque alterũ hor. 2. mi. 47. post Tubingæ meridiem statuit. Quibus modo adhibitis minutis. 23. horarum differentiæ meridianorum Romæ, & Tubingæ (quod ille in calendarij noui, atque eiusdem Ephemeridium editione cum Ioanne de Regio monte addenda proposuit) adhuc utriusque æquinoctij sedis collatione facta, minor erit eiusdem Stœflerini numerus mi. 18. Et sic per tantũ temporis spatium, uel circiter æquinoctia quælibet hunc ipsum anticipasse perspicitur. Similis quoque, uel maior etiam in coniunctionibus medijs, atque oppositionibus luminarium temporis præmissi diuersitas reperitur. Hic nanque pascalem oppositionem mediam secundo Aprilis die anni prædicti. 1520. horis. 8. mi. 54. descripsit, quam Paulus episcopus eiusdem diei horis. 9. mi. 40. assignauit. Atque alterã hic modo anno. 1521. nihil ab Alphonsi calculo discrepans, uigesimo secundo Martij die horis. 18. mi. 29. (quod & nos fecimus) deputauit, Stœflerinus autẽ horis. 17. mi. 43. eiusdem diei notauit. Qua de re, quandoquidem (adhibita etiam ut supra meridi-

anorum distantia) non minor in ueris, & æqualibus luminarium coniunctioni-
bus, nec dissimilis in planetarum motibus anticipatio reperitur, non parum qui-
dem de eo admirandum extat. Quum maxime idem Stœflerinus hisce uel simili-
bus Alphonsi tabulis in eiusdem supputationibus cousus æque fuerit, dum pro-
positione. 34. sub litera. 2. & alibi, hoc idem annuat, dum inquit. Supputatorias
tabulas mihi usu habitas, ab alphonsinis nusquam discrepantes in manus recepi-
mus & cætera. Quod si ab eisdem dissentire ipsi modo uisum fuit, atq; in annua
solari quantitate, Albategni sententiæ, uel aliorũ forte minori hanc temporis spa-
tio quam Alphonsi tabulæ absoluentium inhærendo, certam prædictorũ minu-
torum temporis præuentionem, aut secus erroris alicuius notam in præmissis ali-
qualiter sensibilem nouit. cur non illam alicubi editionum suarum palam osten-
dendo aperuerit, non parũ quidem admirationis nobis et aliis quoq; attulit, quod
Paulus prædictus, Nicolaus Cusanus, Petrus Cameracensis ambo Romanæ ec-
clesiæ Cardinales, Campanus quoq;, Augustinus Ritius, Hieronymus Castilio-
neus, ac demum conteraneus, & ciuis noster Fracastorius ille Medicorum, ac Phi-
losophorum, uel etiam uatum præclarissimus minime obticuerunt. Sed neque ta-
men ipsius Stœflerini Ephemerides in planetarum congressibus, atque stellarum
fixarum motibus ab omni erroris crimine purgantur. Quod cernentibus sensibi-
liter innotuit in coniunctione magna Saturni & Martis anno domini. 1536. Quę.
uigesimo quinto Maii in eiusdem diariis annotatur. Cum tamen diebus circiter
tribus coelo palam præcessisse, ac uulgaribus per dies plures etiam præuenisse
uisa sit. Quum hi tamen per uisualem lineam ab oculis eorum ad stellas ipsas
fallerentur, minime percipientes alium esse circuli transitum per polos zodi-
aci, & centrum stellæ, qui stellarum longitudinem metitur, alium autem circu-
lum, qui per Zenith nostrum, siue horizontis polum, ac stellæ centrum pertran-
sit, quiq; altitudinem stellæ, non longitudinalem distantiam ostendit. Nec me fu-
git aliquos etiam non uulgariter doctos, atq; astronomicæ artis non ignaros præ-
dictas Alphonsi, atq; aliorum cœlestiũ motuum tabulas omnes damnare, quod
scilicet ex aceruatione minutiorum aliquot in mediis planetarum, ac cœlestium
orbium motibus omissorum per multum temporis spatium erroris congeriem
clanculum adducant, quod iudiciarię tantum imbuto, ac mathematicæ artis im-
muni facile credo persuaderi poterit, non tamen arithmeticam uel mediocriter eti
am calenti. Qui datis etiam octauis triginta motus alicuius in anno prætermissis,
hisq; per. 6000 productis, sexta quinquaginta tantũ in annis totidem ex cõgerie
ipsa eduxerit. Dicendum est igitur quod omniũ fere mathematicorũ assensu, Al-
phonsus ipse maximã præ cæteris planetarũ motibus ueritatem adiunxerit (licet
ab aliquibus in stellarum fixarum & augium annotatione arguatur) & iam annis
pluribus elapsis eclypses luminarium, & reliquorum planetarum ueri motus com-
prehenduntur, Et si quis error aliquando in Saturni, & Martis motu (ut prædixi-

mus) reperiatur, qui uel per suos incognitos orbes, uel per octauæ sphæræ motum adhuc nobis ignotum, regulari non possit, per quam planetarũ orbes aliqualiter agitari censentur, eadem ratione, qua medicina, & reliquæ artes per sensibiles etiam, uel minimos errores non repelluntur, & eadem met ipsæ astrologicæ tabulæ minime abdicari debent. Etsi nanqꝫ medicus (ut Abiosus inquit) alterationem complexionis ab uno mense ad alium non cognoscit, ipsam tamen per discrepantiam qualitatum in annis decem uel pluribus comprænhendit, ut à sanguinea ad cholericam complexionem migrasse. Nec minus si superiorum planetarum motus ex octaui orbis motu agitari & concitari possunt, & propterea tabularis ratio in aliquo deficiat, nouam tamen per obseruationem mediantibus geometricis instrumentis corrigi, & emendari possunt. Quod Ptolomæus maxime in compositione magna Almagesti obseruandum præcepit, ad hoc ut Astrologorum error saltem sensibilis minime appareat. Quod quoniam per prædecessores nostros, & Alphonsum denicꝫ in Sole & Luna, ac inferioribus etiam ob crebras ipsorum reuolutiones longe magis obseruatum uidemus, ideo nullus in his, uel sensibilis saltem error innotuit. Illos ergo maiores, & antiquiores nobis prorsus imitandos duximus, quod Ioannes ille Monteregiensis, Paulus episcopus Forosemproniensis, Ioannes Stœflerus (exclusa prædictorum minutorũ temporis anticipatione) Ioannes Blanchinus, & plures alij æuo nostro mathematici insignes æque effecere. donec inquam & quousqꝫ iuniorũ obseruationes, non semel, sed pluries, nec in planetarum motibus tantum, atqꝫ annua solis reuersione quàm etiam in octaui orbis circulatione, per aliquot temporis spatium comprobentur. quum singuli inferiorum orbium motus à superiori etiam aliquatenus æque dependeant. propterea nõ potest duobus pedibus claudus, si uno tantum sanetur, rectus incedere. Quare tritam modo semitam prosequendo, planetarum, ac stellarum loca consultò nolui temere immutare (quum non mea sit, qui mathematicorum omnium peripsema, uel minimus equidem mihi uideor) nisi quantum per antiqua Græcorum atqꝫ latinorum exemplaria syderum loca aliqua emendauimus, nec minus cœlo æque decurrentia trutinauimus, quæ pluribus in locis scriptorũ incuria longe deprauata reperiuntur. Quemadmodũ postremum fusionis stellam Anno domini labente. 1535. die. 22. Iulij cum Iouem uidimus summo cœli cardine collocatam, eodem pariter momento cœli mediũ pertransire. Quarum modo ambarũ stellarum latitudine perspecta, adhibitacꝫ utriuscꝫ differentiæ norma, ob remotionem à nonagesimo gradu eclypticæ & medij cœli transitũ, easdem cum septima piscium parte minus tertia gradus unius, uel circiter meridianum circulum proprijs oculis pertransire perspexi. Quo cum gradu stella eadem fusionis aquæ cœlum ipsum ex tabulis nostris mediare concernitur, uigesimumseptimum piscium gradum præsenti tempore decurrens, quum tamen stella ipsa iuxta deprauatam tabularum plurium, atqꝫ etiam Ioannis Monteregiensis, siue Stœflerini ephe-

meridium impressionem per septem gradus longe à ueritate labetur, uigesimam tantum piscium partem occupans. Prædictam stellæ annotationem ex altitudine ipsius pluries in meridiano constitutæ, maxime anno prædicto ex mediatione cœli, & lunæ & stellæ ipsius ultimo Nouembris die uerissimam prorsus agnouimus. Verum his omissis, atque alijs, quæ circa planetarum motus, & octaui cœli orbis dici potuissent, tanquam longiori, ac potiori, quàm nostri, atque astrologorum plurium, nec uulgarium quidem examine indigentibus: quibus inpræsentiarum curam hanc merito delegamus. Prætermissis etiam his quæ super Ephemeridium commentaria adduci poterant, aliàs per Ioannem Monteregiensem, ac Stœflerinum luculentissime pertractata, reiectisque prius quorundam descipientium erroribus, præmissisque his, quæ Isagogicæ doctrinæ omnino necessaria uisa fuerint, Ad electionum canonum normam, inprimis aphorismos quosdam sapientum summatim colligendo, transire uisum fuit, atque aliqua, antequam ad Ephemeridium exhibitionem, ortusque, & occasus syderum perueniamus, non minus astronomiæ professoribus utilia, quàm scitu iucunda (diuino opitulante numine) in lucem ex ordine expromere statuimus.

Quomodo homini futura prænoscere, atque uaticinari liceat contra uulgarem quorundam sententiam.

ABiectis execrabilibus artis magicæ uanitatibus, diabolicæ inquam non diuinæ, ac naturalis, reiectisque alijs superstitionibus, atque illorum dictis, qui ex astris omnia futura necessitate fatali euenire senserunt, quique terminos astronomicæ potestatis respectu liberi arbitrii superbe excesserunt, opinioni quoque eorum refragabimur, qui futura aliqua quauis humana scientia prædici posse abnegantes (ut astronomia, & chiromantia, physionomia, & geomantia, quam sors, & casualis figuratio, leuitasque inanem, & suspectam reddit) dum hoc solummodo diuinæ menti reseruatum astruunt, ipsius bonitati, ac liberalitati derogant. Si nanque Deus immensa suiipsius munificentia cœlestibus corporibus, ac elementaribus uirtutibus nouas res quotidie, ut mineralia, uegetabilia, nouaque animalia, & hominem (quum Sol & homo generent hominem) alterum quoque producere, ac generare concessit, uolucres quoque cœli, & animalia quædam naturali instinctu aeris perturbationem, & temperiem, futuramque cantu serenitatem, uel motu aliquo corporis prænunciare donauit: Quis illum homini suam ipsius imaginem gerenti, cuique diuinum quid afflatu suo inspirauit, & quod maius est, cui hominem alterum à peccatis absoluere, & emundare concessit (quod diuinæ tantum competit potestati) futura modo aliqua prænoscere, magis quàm uolatilia, & quadrupedia, & altius elargitum fuisse negabit? Præ cæteris ergo Noam, exinde patres alios (si Iosepho, & Beroso Chaldæo credimus) alijs non minus diuinis, & cœlestibus disciplinis edoctum Astrologiam cœ-

litus, (quod facile credi potest) edocuit, qua ille Armenios, & Scytas parum post uniuersale diluuium instruxit, ut quid ab anni initio, & cardinibus eius per annum reliquum futurũ esset decernerent, ob quam rem illum diuinæ mentis participem esse dixerunt. Sic pater ille multarum gentium Chaldæos, & Aegyptios æque doctos fecit. Nec minus & nos, per hanc (quam theologiam naturalem Petrus Cardinalis Cameracensis in libro Concordantiæ Astrologiæ cum Theologia, merito nuncupauit) dum syderum cursus emensi, atq; edocti fuerimus, agnito cœli situ, ac stellarũ dispositione per interrogationis ascendens, siue per horam exitus infantis ex utero materno, perq; coniũctiones, & aspectus planetarum, atq; eclipses luminarium futura contingentia in hoc sæculo, non tamen necessitate absoluta, sed condicionata præuidere poterimus. Est nanq; cœlum (quod Theologi quoque non inficiantur, ut Thomas de Vio Caietanus super psal. 104) uehiculum diuinæ uirtutis, quo mediante motu, & lumine densitatum, ac stellarum ipsius, tanquam secundis causis, Deus cuncta hæc inferiora, & elementaria corpora ordinat, atq; disponit. Ex quo uultus huius sæculi subiecti sunt lationibus superioribus, ut omnis huiusce mundi uirtus inde gubernetur. ut Philosophus, & Astrologus æque attestantur. Vnde agnita cœli dispositione, futura mundi contingentia facile admodum erit præcognoscere. Cum nanq; Deus cœlum sicut pellem extenderet, formans uniuersitatis librum. Futura quoq; accidentia, quæ uim naturæ minime excedunt, in eodem mirifice descripsit. Vnde cœli enarrãt gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et Deus fecit luminaria magna, ut ultra temporum diuisionem, essent nobis in signa uidelicet futuræ pestilentiæ, belli, penuriæ, pacis, & abundantiæ, ac cæterorum naturalium euentuum. nec eis causalitatem attribuit Moses legislator, ne Iudæi simplices à ueri Dei cultu deuiarent, quod expositorum aliqui minime tacuerunt, ut Alphonsus Episcopus Abulensis, (neq; enim hoc de signis cœlestibus intelligi potuit, quum non luminaria, sed stellæ cœlo affixæ signa eiusdem efficiant.) Noluit quoq; & filius dei unigenitus tanquã uerus homo libri æternitatis eiusdẽ literis deesse, ut ea quæ hominis sunt, uelut natiuitas, mortis aculeus, & alia plurima per figurã cœli significarentur, quæ tamen uim humanæ naturæ minime excedunt nõ ea quæ soli potestati diuinæ mere ac libere subsunt. Non quod figura cœli causa esset quod Christus nasceretur, sicuti neq; oracula prophetarũ causa fuere, quod Iesus pateretur, Sed potius (ut inquit Albertus in speculo) significatio fuerat. Immo & uero uerius ipse erat causa quare modus admirãdæ suæ natiuitatis per cœlum significaretur. Verum nos ne contra catholicorum dicta, ac diuinam legem, contraq; ueram ac naturalem Astronomiam in pronosticandis futuris in hoc sæculo contingat sæpius aberrare, tria nosce oportet futurorum euentuum genera, Quorum aliqua sunt primum, quæ habent causam determinatam, & infallibilem, ut

Cautio

In prognosticando quid necessarium?

motus cœli, ortus, & occasus signorum, coniunctiones planetarum & luminarium, eclipses, & similia, in quibus est determinatio, & infallibilitas ex parte motoris, ac etiam omnis impedimenti remotio ex parte qualibet, nisi in quantum subiacent diuinæ uoluntati, quæ tamen semper ordinate agit. Et de his uera, ac certa est astrologica scientia, atq; ipsorum experta præcognitio. Quibus præcognitis, & eorū effectus facile innotescent, ut sunt generalia mūdi huiusce accidentia, bella, fames, pestilentiæ, pax, abundantia, regnorū sectarumq; mutationes, grandines, aerisq; maxime pturbationes, elementorū cōmotiones terræmotus, & similia, quæ ex cœlesti influxu, atq; elementorū commotione, quæ ui syderū aguntur, quotidie, uel de æuo in æuū euenire concernimus. Quę quoniā ab uniformi cœli motu inuariabiliter æque dependent, ni secus à prima causa secundę miraculose impediātur (ut pdiximus) peritissimus in his astronomus nō longe à ueritate aberrabit. Verum quæ potest Deus potestate absoluta, nunquam, uel raro fient, quia sequeretur, quod Deus faciat aliquid, & minus ordinate agat. Quū tamen omnia quæ sunt à Deo, ordinata sint, secundum apostolum. Neque in his ponendum est miraculum absq; necessitate, uel nisi in re magna, ut in morte Christi solaris defectio, & Iosue necessitatis tempore Solis non naturalis retrogradatio. Secundo aliqua sunt futura cōtingentia, quæ causam habent indeterminatā, & fallibilem, sicut sunt operationes hominum pure, mere, & simpliciter uoluntariæ, atq; ideo non habent determinatam ueritatem, neq; determinatam falsitatē, ut philosophus inquit. Nam uolūtas hominis indeterminata est, & ad utrūq; uertibilis, uidelicet ad opposita, atq; ideo fallibilis, quia etiam uolenti aliquid perficere, multa occurrere possunt impedimenta. Et propterea quū sit anima ipsa hominis nobilior cœlo, nec possit illud, quod corporale est in animā agere, quæ spiritualis est, Ideo non potest cœlum uoluntatem humanam immutare, neq; in eam, nisi indirecte inclinando agere. Et ideo talia non possunt astronomica, uel quacunq; alia humana scientia, sed quodammodo exili coniectura præsciri. ¶Tertio aliqua sunt quæ habent causam determinatā, sed aliqualiter fallibilem, ut ea quæ partim à uoluntate hominis, partim à cœli influxu dependent. Et hoc quia cum homo naturam habeat bipartitam, unam .s. cœlestem & æthercam, uidelicet animam intellectualem, alteram uero ex elementorū compagine propagatam, quod est corpus caducum, & mortale, ea propter eandem oportuit duobus agi principijs, cœli .s. influxu, & uolūtate, & sic effectus, & operationes eiusdē uarie & mistæ inueniūtur. ¶De his igitur cum magis eædem corpori, quàm animæ appropriātur, minusq; uoluntati subsunt hominis, ut bona fortunæ, corporis, & animæ habitudo, ac ueluti sensus, & intellectus, sanitas uel infirmitas, longus uel breuis uitæ terminus, & ut plurimū biothanata mors, quæ uix humana uolūtate, & sapientia regi, uel moderari possunt. De his dico astronomus uerū, ac rectum profert iudiciū, nō tamen

Deus raro utitur potestate absoluta sed ordinata

Nā homo duplex est.

ut de prioribus ita penitus infallibile, ueruntamen sufficienti, ac probabili coniectura fundatum. Cum enim cœlum ad hoc, uel ad illud humanum corpus alteret, atq; disponat, bonamue fortunam, uel malam homini inspiret: non poterit propria uoluntate corpus proprium de insano sanum facere (de his loquor, quæ a natura sunt) nec poterit similiter bonã sibi fortunam in negocijs humanis, ac dignitatibus, & honoribus appropriare, & sic de memoria, intellectu, longa ipsius uita, & de cæteris. Nec inficior tamen hominem penitus humana sapientia, ac prouidentia posse stellarũ opus adiuuare, uel incuria, & malo regimine abbreuiare. Sed hoc raro & per accidens euenit. Quæ uero humanæ uoluntati subiici, & ab eadem moderari uel corrigi possunt, licet sint copori a cœli influxu naturaliter insitæ, & propagatæ, ut concupiscentia, & irascibilis, ex quo aliqui ad desideria uoluptatum, aliqui ad iram, & uindictam, aliqui ad bonos mores, philosophiam, uirtutes, & temperantiam, ad fraudes, aliqui bella, & rapinas magis proni existunt. De his potest naturale iudicium proferri, ad quod cœlum naturaliter inclinat, atq; disponit, & sic naturali, atq; humana coniectura fundatum. Quum autem homo sit animal politicũ, ipsumq; Deus intellectuali spiritu insignuerit, atq; eundem cœlesti radio uultus sui, & rationis lumine illustrauerit, animamq; eidem liberam, ac uoluntatem cum potestate arbitrij sui super humanas affectiones, ac syderum inclinationem donauerit, his mediantibus (præueniente diuino lumine) humani corporis affectiones, & passiones in diuinam, ac supernaturalem alteram naturam transferre, & commutare poterit. Vnde in his Astronomorum, ac cæterarũ humanarũ scientiarum iudicium fallax, & inane. Quod de brutalibus hominibus, qui non ductu rationis, quin uoluptatis affectu humanam naturam in irrationalem commutant, ut plurimum uerax fiet. Quicquid igitur in libro hoc, uel quorumcunq; astrologorum iudiciorũ dictis circa futura contingentia dictum, uel scriptum inueneris, non aliter, quàm hic modo prædiximus, dictum puta. Quoniam nostra hæc est sententia elementaria corpora quæque, siue ex eisdem compacta a superioribus gubernari: cuncta tamen diuinæ potestati, atq; hominum actus, qui ab hac moderari possunt humanæ subiici uoluntati.

Epilogus Catholicus

ISAGOGICA SIVE INTRODVCTORIA in cœlestem astrologicam disciplinam, & primo de signis circuli duodecim obliqui.

Zodiacus, siue obliquus circulus in partes duodecim æque diuisus, signa totidem in longitudine, gradus uero duodecim in latitudine continet, ab eclyptica medium possidente (quam Sol inuariabiliter calcat) senos utrinq; impartiens, per quos a Solari itinere planetæ reliqui, plus modo, uel minus, aut nihil quandoq; diuertuntur. Ex quo ab eclyptica septen-

Longitudo cæli est ab oriente in occidentem. Latitudo uero a meridie septentrionem versus

trionem uersus deuagantes, boreales, siue septentrionales: meridiem autem uersus meridionales, siue australes per literas. S. uel. M. in ephemeri cum gradibus, & minutis inferius sub planetarum motibus designantur. Pars autẽ quælibet sena circuli ipsius (ut prædiximus) in latitudine ab eclyptica siue in longitudine a signo quouis in portiones triginta diuiso, gradus æquales dicuntur, quorum pars quælibet minuta sexaginta comprehendit. Sicq; minutũ unum secunda nonminus sexaginta complectitur. Ex quo per eundem sexagenarium numerum ad tertia, quarta, quinta, sexta, septima, & ultra (si libet) deuenies. Signa uero duodecim (habito respectu ad imagines cœli, quæ secundo mobili figurantur, siue ad stellas octaui quoq; orbis) his nominibus, & characteribus, nec ob id temere tamen designantur, sed propriam quodlibet ipsorum significationis, ac figurationis causam retinet, quod uelut etiam planeta quilibet ex septem inferius describendis dominium unũquodque proprium per membra hominis uirtualiter (ut infra) obtinere decernitur.

♈ Aries igitur cuiusmodi formam (ut prædiximus) octauo orbi stellæ affixæ efficiunt, quiq; proprijs eiusdem characteribus uel figuris nono coelo designatur; hic (ut uidetur) cornibus in capite erectis exemplariter figuratur. Ex membris humanis caput, & faciem hominis præseruans.

♉ Taurus itidem per cornua sic disposita figuratur, ex membris, collum, & gutturis nodum habens.

♊ Geminim uero per duos tractus coniunctos, qui amplexum Castoris, & Pollucis designant, humeros, brachia, & manus tuentur.

♋ Cancer per oculos oppositos, quos a facie, & tergo habere uidetur, figuraliter insinuatur, pectus, stomachũ, costas, splenem, & pulmonẽ possidet.

♌ Leo per caudam ipsius protractam taliter figuratur, dorsum, cor, latus, & scapulas disponens.

♍ Virgo per fimbriam pallij uirginalis significatur, uentrem, uiscera, atq; intestina dirigit.

♎ Libra per figuram instrumenti ipsius sic charactizatur, lumbos, inferiora uentris, pectinem & umbilicum tenet.

♏ Scorpio per aculeum post duos tractus emissum fingitur, inguina, uesicam, & anum regit.

♐ Sagittarius per sagittam demonstratur, femora, & coxas habens.

♑ Capricornus per formã pedis chorda alligati designatur, genua, & poplitem custodiens.

♒ Aquarius per aquam guttatim defluentem demonstratur, cruribus, & tibijs æque prædominans.

♓ Pisces per characterem fere amborum dorso coniunctorum figurantur, pedibusq; & talis pariter dominantur.

Signa aquatica? ♈ ♉ ♋ ♏ ♑ ♓ ♒.
Signa regia ♈ ♌ ♐
Signa ... ♈ ♉ ♌ ♐ ♓.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Septentrionalia.
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ Meridionalia.

♈ ♌ ♐ ignea, calida, & sicca, masculina, diurna, cholerica, amara, orientalia.

♉ ♍ ♑ terrea sunt, frigida, & sicca, fœminina, nocturna, aeria, melancholica, & meridiana.

♊ ♎ ♒ aerea, calida, & humida, masculina, diurna, sanguinea, dulcia, & occidentalia.

♋ ♏ ♓ aquatica sunt, frigida, & humida, fœminina, nocturna, phlegmatica, salsa, septentrionalia.

♈ ♋ ♎ ♑ Mobilia.
♉ ♌ ♏ ♒ Fixa.
♊ ♍ ♐ ♓ Communia.

♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ Directe ascendentia.
♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ Oblique siue tortuose ascendentia.

♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐
♊ ♉ ♈ ♓ ♒ ♑ Inferiora sex obliqua superioribus directis obediunt & mittunt ad seinuicem antiscia .i. obumbrationes malas.

♎ ultima medietas
♏ prima medietas } quia dicitur combusta.

♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ Maxima Solis medietas, siue portio Solis.
♒ ♓ ♈ ♉ ♊ ♋ Minima Lunæ medietas, siue Lunæ portio.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Medietas calida
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ Medietas frigida } respectu cohabitantium.

♈ ♉ ♊ Quarta calida, & humida, uernalis, puerilis, sanguinea.
♋ ♌ ♍ Quarta calida & sicca, æstiua, iuuenilis, cholerica.
♎ ♏ ♐ Quarta frigida & sicca, autumnalis, uirilis, melancholica.
♑ ♒ ♓ Quarta frigida & humida, hyemalis, senilis, phlegmatica.

♍ ♊ ♎ ♒ & ♐ Prima medietas, signa pulchra, rationabilia, ac uocem habentia, in oriente uigent maxime.

♊ ♍ ♓ hæc alas habentia.

♈ ♉ ♑ ♌ ♐ quadrupedia sunt (quorum tria priora domestica) in meridie uigent.

♍ ♑ ♒ In septentrione uigent.

♋ ♏ ♓ prolem habentia, & multorum filiorum sunt, in occidente eorum uis maior apparet.

♊ ♌ ♍ sterilia sunt.

♈ ♉ ♎ ♐ ♑ ♒ paucorum filiorum habentur.

♈ ♉ ♌ ♑ multum luxuriosa sunt.

♈ ♉ ♌ ♑ & ♐ Pars ultima, mediam uocem habent.

♋♏♓ uoce carentia dicuntur.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ / ♓ ♒ ♑ ♐ ♏ ♎ — cõcordantia in itinere dicuntur, ascendunt etenim pari horarum & minutorũ spatio sub gradu quolibet polari, ut inferius hic propria tabella cõtinetur, & quanto temporis spatio signũ quodlibet ascendit, tanta horarum ac minutorum intercapedine signum eidem oppositum descendit, & econuerso.

G. po		42		43		44		45		46		47		48 lares	
Signa		h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h.	m̃	h	m̃
♈	♓	1	9	1	8	1	6	1	5	1	3	1	1	0	59
♉	♒	1	25	1	23	1	22	1	20	1	19	1	17	1	15
♊	♑	1	54	1	54	1	53	1	52	1	51	1	51	1	50
♋	♐	2	23	2	24	2	25	2	25	2	26	2	27	2	28
♌	♏	2	35	2	36	2	37	2	39	2	41	2	42	2	44
♍	♎	2	34	2	35	2	37	2	39	2	40	2	42	2	44

Habent quoq; signa eadem significationem propriam super unumquodq; clima, ac regionem, & ciuitatem quamlibet sub cuius ascendẽte primum cœpta sit ædificari. Insuper secundum Abraham Aueneze clima primum est Capricorni & ♒, cuius gubernator est Saturnus. Secũdum clima Sagittarij & ♓, cuius gubernator est Iupiter. Tertium Scorpij & ♈, ideo Mars idipsum gubernat. Quartum Leonis, ac Solis est. Quintum Tauri & ♎, cuius domina Venus est. Sextum Geminorum & ♍, atq; Mercurij. Septimum Cancro, ac Lunæ subest. Particularia autem loca, ac ciuitatum, uel prouinciarum nomina signis duodecim subiecta hic Gaurici tabella continentur.

Orientales a Gadibus [illegible]. Occidentales a Gadibus [illegible] [illegible] [illegible] ab occidente, [illegible] a Toleto [illegible]. Occidens habitabilis ab occidente [illegible] [illegible] [illegible] 17. Et [illegible]

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Germania	Heluetia	Aegyptus	Armenia	Damascus	Græcia
Anglia	Bononia	Angliæ pars	Aegyptus	Boœmia	Toletum
Neapolis	Sene	Flandria	Babylonia	Siciliæ pars	Parisius
Florentia	Pistorium	Parisio. pars	Gallia	Apuliæ pars	Parentia
Fauentia	Verona	Taurinum	Constantinopolis	Praga	Perusiæ pars
Imola	Capua	Vercellæ	Venetiæ	Vlma	Papia
	Salernum	Tridentum	Vicentia	Mantua	Nouaria
	Anchona	Regium	Mediolanũ	Cremona	Comum
	Phanum	Cesena	Luca	Rauenna	Aretium
	Xenogallia	Viterbum		Perusię pars	Ferraria
	Taruisium			Roma	Cumæ
					Tarentum
					Beneuentum

Manilius. Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma
Orbis & imperium retinet discrimine rerum.

♎	♏	♐	♑	♒	♓
Austria	Scotia	Hispania	Bauaria	Saxonia	Lusitania
Asclauia	Valentia	Dalmatia	Romãdiola	Boœmiæ ps	Hibernia
Italiæ pars	Aquileia	Vngaria	Forum liuij	Aetiopia	Normandia
Roma anti.	Vrbs uetus	Buda	Ferrarię pars	India	Alexandria
Augusta	Camerinum	Hierusalem	Mutina	Macedonia	Ratisbona
Laudum	Ariminum	Auinio	Cortona	Vrbinum	Colonia
Placentia	Ceruia	Asti	Tortona	Constantia	Agrip.
Parma	Genua	Firmum	Pratum		Venetię pars
Pisaurum	Brixia				
Gaieta	Crema				
Suessa	Padua				
	Ferraria uet.				

Figurationes, ac significationes, & affectus planetarum.

♄ Saturnus sic in similitudinem figuratur, hominis senis incuruati, & falcem habentis, & est humanæ naturæ inimicus, uitam destruens, masculinus, maleuolus, infortuna maior, frigidus, & siccus. Ex membris humanis dextrā aurem, splenem, uesicam. Ex humoribus melancholiā, cum phlegmatis cōmistione, ex coloribus nigredinem habet. Magnitudo corporis eius est. 91. uicibus tantū quantum terra. Quantitas uero orbis & radiorum ipsius ante & retro accipiendo, est graduū nouem. Totum zodiacum circuit in annis. 30. fere. Anni maximi eiusdem sunt. 465. maiores. 57. medij. 43. cum dimidio. minores autem. 30.

♃ Iupiter ad denotandum triplex eiusdem fulmen ita triplici tractu figuratur. Et est fortuna maior, masculinus, diurnus, calidus & humidus, sanguineus. hepati, pulmoni, costis, cartilagini, sanguini, & spermati præest. Colorem citrinum seu glaucum, & uiridem habet. Magnitudo corporis eius est. 95. quantum terra. Quantitas orbis eius graduum nouem. Complet cursum suum in annis. 12. ferme. Anni Iouis maximi sunt. 428. maiores. 79. medij 45. cum dimidio. minores uero. 12.

♂ Mars belli dominus telo bellico signatur. planeta masculinus, nocturnus, immoderate calidus & siccus, cholericus infortuna minor. Auri sinistræ, uenis, felli, & testiculis prædominans, Choleram ex humoribus, & rubeum ex coloribus tenet. Magnitudo corporis eius quantitatē terræ semel cum dimidia & octaua parte tenet. Radij eius gradus octo. Circulationem perficit in annis duobus fere. Martis anni maximi sunt. 264. maiores. 66. medij. 40 & dimidium, minores. 15.

☉ Sol quoniam Apollinis imago pomum aureum manutenet, eiusdem similitudine, ac circulari rotunditate charactizatur. Est etiam lumen & candela cœli, uitam cunctis naturaliter infundens. Et est planeta diurnus, masculinus, moderate calidus & siccus. fortuna per aspectum, infortuna per coniunctionem corporalem. Cerebrum humanum, medullam, neruos, oculum dextrum uiri, ac sinistrum mulieris tuetur. Croceum rubeo mistum colorem tenens. Corpus solare terram centies sexagies sexies, & plus parum continet. Radij eius gradus quindecim, zodiacum lustrat dierum spatio. 365. & horarum fere sex. Solis anni maximi sunt. 1460. maiores. 120. medij. 69. cū dimidio. minores autem. 19.

♀ Venus duplicia tela gestans aurea. s. & plumbea, ideo duplici tractu recto figuratur. Et est fœminina, nocturna, frigida & humida temperate, phlegmatica. fortuna minor. Lumbos, renes, nates, uentrem, pectinem, & matricem, atque ex coloribus album declinantem ad uiridem tenet. Quantitas eius est pars una de. 37. terræ, totus orbis eius gradus septem. Cursum suum perficit eiusdem curriculi spatio, quo sol ipse signa duodecim peragrat. Anni Veneris maximi sunt. 151. maiores. 82. medij. 45. minores. 8.

☿ Mercurius galero caput opertum, atque alas pedibus gestans haud dissimili characteris figura designatur, Planeta commistus, masculus cum masculis; fœmi-

neus cum fœminis, cum calidis calidus, cũ humidis humidus, fortuna cum fortunis, maxime laudabili aspectu coniunctus, infortuna cum infortunijs, præsertim eisdem aspectu malo uel corpore applicans. Secundũ aliquos femora umbilicum, pecten, crura, neruos, & uenas regit, iuxta alios (& melius) os, linguã, cogitatiuam ac memoratiuam, manus quoq;, & crura possidet. Ex coloribus autem omne commistum, & uarium. Magnitudo eius pars una est de. 32. millibus partibus terræ. Radij autem ipsius gradus septem. Cursum uero suum cum Sole ac Venere conficit. Anni Mercurij maximi sunt. 460. maiores. 76. medii. 48. minores. 20.

☽ Luna (quæ ut plurimum cornicularis cernitur) pari, ac semicirculari forma signatur. Fœminina est, nocturna, naturaliter frigida, & humida, parum tamen calefacit, magis humectat. per quartas suas qualitatem, ut Sol in quartis, & anni temporibus quatuor commutat. Et est delatrix uirtutum, & impressionum omnium aliorum planetarum, nam omnes influentiæ per orbem ipsius ad nos ultimo descendunt. Ex coloribus croceum habet. In homine cerebrum, & in mare sinistrum oculum, in fœmina dextrum, ac uuluam. In utroq; stomachũ, uentrem, atq; in omnibus sinistræ partis portionem elegit, Magnitudo lunaris globi est una pars de. 39. partibus terræ. Radii uero ipsius graduũ duodecim sunt. Annus autem siue mensis Lunæ peragratorius ab uno ad eundem zodiaci punctum, iuxta eiusdem medium, & æqualem motum dierum est. 27. horis. 8. fere. Alias lunaris siue consecutorius mensis dierum. 29. cum dimidio, omissis minutiis, de quibus infra. Anni Lunæ maximi sunt. 520. maiores. 108. medii. 66. & dimidium. minores uero. 25.

☊ Caput draconis ueluti capiti caudam conuertens designatur (quorum uterq; ex intersectione linearum duarum Solis. s. ac Lunæ orbium in cœlo describitur) cum bonis bonum est, cum malis malum. In coniunctione nanq; bonorum bonitatem ipsorum adauget, sicuti in malorum coitu malitiam mali exaggerat.

☋ Cauda uero ipsius uerso modo signata bonitatem boni, & malitiam mali diminuit. Et ideo bona cum malis, mala autem cum bonis decernitur.

Virtus planetarum [illegible]
1 Respectu [illegible] aut [illegible] a ☉.
2 Ex [illegible]
3 Ex fortitudine loci in quo est
4 Ex respectu planetarum.
5 Ex fortitudine [illegible].

Geometria [illegible] Physica Astrologia [illegible]

De amicitia, & odio planetarum.

Naturaliter diligentes & odio habentes seinuicem, iuxta antiquorum doctrinam, planetæ hi sunt inferius descripti.

Amici { Iouis omnes præterquam ♂; Veneris quoque planetæ omnes præter ♄ }

Amici Saturni { ♃ ☉ ☽ } Inimici { ♂ ♀ tamen plus }

Amica Martis ♀ Inimici eius omnes sunt, magis tamen ☿ & ☉

Amici Solis { ♃ ♀ } Inimici { ♂ ☿ ☽ }

Amici Mercurij { ♃ ♀ ♄ } Inimici { ☉ ☽ ♂ }

Amici Lunæ { ♃ ♀ ♄ } Inimici { ♂ ♃ }

Amici Capitis draconis { ♃ ♀ } Inimici { ♄ ♂ }

Amici Cauda draconis { ♄ ♂ } Inimici { ☉ ☽ ♃ ♀ }

Aliæ etiam sunt species inimicitiæ ratione oppositionis domorum, & exaltationum. Fortior autem planetarum amicitia est quando planetæ concordant in natura, qualitate, substantia, & potestate. Quando autem amicus amico associatur, augmentatur eorũ bonitas, econtra in malis fit. Bonus uero in coniunctione mali malitiam ipsius, non tamen absque boni detrimento mitigat.

De coitu & aspectibus, seu radiationibus planetarum.

☌ Coniunctio siue congressus luminarium, (quæ circulari figura nodo aliqualiter connexa figuratur) perfecta, seu partilis exhibetur, cum planeta aliquis in eodem gradu alteri planetæ, uel Soli per minuta .16. ante, aut retro, tam per longitudinem, quàm per latitudinem copulatur: & tunc dicitur esse in corde solis, uel eidem unitus, ab inde uero citra uidelicet à gradu uno, ante uel post platica fertur coniunctio, dum .s. iuxta medietatem orbium, siue radiorũ amborum coeuntium, uel minus, unus alteri adhæret. Ex quo propè Solem cõmuniter per gradus .12. combusti à lumine Solis & per gradus. 15. sub radijs esse dicuntur: & tunc raro uel minime cœlo apparent, ni modo stella aliqua ex fixis fuerit, quæ per gradus totidem in latitudine ab eodem solari corpore elongetur, nam tunc matutina uel uespertina, etiam Soli longitudinaliter unita apparere poterit, quod in minori etiam latitudine in Luna & Venere nõnunquàm fieri inferius demonstrabimus.

✱ Sextilis, siue hexagona radiatio pari radiorum numero designata est, [illegible] planetæ inter se distant per sextam zodiaci partem uidelicet per gradus. 60. qui est aspectus mediocris dilectionis, & amoris, atq; ideo mediocriter bonus.

□ Quadratus siue tetragonus simili geometrica figura demonstratur. gradus tenet. 90. Aspectus odij, imperfectę tamē inimicitiæ, idcirco mediocriter malus.

△ Trinus siue trigonus haud dissimili charactere designatus, tertiam circuli partem: uidelicet gradus. 120. amplectitur, perfectæ amicitiæ, & amoris, nusq; in qualitate signorum ab inuicem discrepans.

☍ Oppositio seu diametralis irradiatio, quæ per circulos paruos inuicem oppositos figuratur, est cum planetæ mutuo sese diametraliter opponunt, per mediā. s. circuli partem, qui sunt gradus. 180. propterea aspectus odij atque apertæ dissensionis, ac perfectæ inimicitiæ.

Applicatio autem dicitur quum per gradus sex iuxta aliquorum senten[illegible] seu per medietatem radiorum aspicientis, uel utriusq; corpore coeuntis alter[illegible] adhærent. Separatio autem quum corpore, uel aspectu ab uno quoq; prædictorū locorum à gradu uno usque ad graduum numerum præmissorum disiunguntur. Haly tamen uoluit quòd aspectus non sit plus quàm de tribus gradibus ante. Separationem autem ab uno gradu & ab inde supra, nec minus applicationem iuxta quantitatem orbium planetarum accepit. Tu autem quanto propinquior fuerit corpore, uel aspectu applicatio, minusq; longe seperatio, tanto aspectum fortiorem diiudica.

De applicatione [illegible]

Figura radiationum omnium in Zodiaco.



Schema hoc omne continet radiationis exemplum a quouis Zodiaci ſigno [illegible]eptum. Sic nanq; planeta in Ariete Geminos ſextili, Cancrum quar[illegible]onem trino, ac Libram diametrali aſpectu à dextris aſpicit. Simili[illegible] a ſiniſtris, hoc eſt contra ſucceſſionem ſignorum ♒ ♑ & ♐ eiſdem aſpectibus retroſpicit. Quod non minus de reliquis cœli ſignis ſingulariter, atq; exemplariter deſcriptum apparet. Signum ſigno, & gradum gradui referendo. Et ſi nanq; Stella quælibet radiũ ſuum tam luminis, quàm uirtutis occultæ infinite, atq; orbiculariter ubiq; diffundit, efficatiora tamen deprehenſa ſunt loca hæc quatuor, uidelicet latus ſexanguli, quadrati, trianguli, atq; oppoſitus ſtellæ ſitus eidem. Quia aũt planeta eſſentialiter infortuna per aſpectum, uel aliter per accidens ſæpius fortuna fit, & econuerſo: Ideo accidentia eadem breuiter inferius colliguntur.

Fortunia planetarum accidentalia.

Aſpectus △ uel ✳ bonorũ uel ſaltem □.
Cadentia malorũ ab ipſis uidelicet ut ſint in 3.6.9. & 12. ſigno ab eiſdem.
Seperatio ab infortunis.
Coniunctio fortunarum.
Vnitio Solis infra .16 .minuta per longitudinem .ſ. &. latitudinem.
Solis aſpectus bonus, & laudabilis.
Lunæ aſpectus fœlix, eadem fortunata.
Curſus uelocitas.
Auctio luminis & numeri.
Item exiſtẽtia ipſorũ in ſuo haym .i. in ſua ſimilitudine ſigni, gradus, ac cœli ſitus.
Item in ſignis in quibus poteſtates, dignitates, & gaudia habent.
Item in gradibus lucidis.
Item exiſtẽtia in angulis uel ſuccedẽtibus.
Item planeta receptus.
Aſcendens in circulo ſuæ augis.
Septentrionalis, maxime aſcendens.
Directus uel ſaltem ſtationarius ſtatione (ſecunda.
Exiens è radijs Solis.

Fortitudo trium ſuperiorum.

Orientalitas à Sole.
Aſpectus eiuſdem △ uel ✳.
Exiſtentia ipſorum in quartis & ſignis maſculinis.

Fortitudo Solis.

In quartis maſculinis.
In ſignis maſculinis præter quàm in ♎.

Fortitudo inferiorum.

Vt ſint occidentales à Sole.
In Signis & quartis fœmininis.

Fortitudo Lunæ.

Vt ſit in nocte ſuper terram & econuerſo.
In loco fœminino.
In exaltatione Solis.

Infortunia & debilitates planetarum.

Coniunctio malorũ uel oppoſitio, aut □.
Aſpectus malorum, licet bonus, quãdo .ſ. inter eos & corpus, uel radios mali minus eſt termino planetæ.
Exiſtẽtia in domibus ſeu terminis malorũ
Item in gradibus Azemena putealibus, fumoſis, & tenebroſis.
Eleuatio malorũ ſuper ipſis, quãdo .ſ. ſunt in 10. uel 11. ſigno ab eiſdem, & peius ſine receptione, uel in angulis cum ipſis.
Coniunctio Solis ultra minuta. 16. uſq; ad (gradus 15.
Oppoſitio uel □ Solis.
Coniũctio capitis, & caudę, uel etiã ſuorũ gẽhazar ĩfra 12. gradus, & luna maxime.
Obſeſſi à malis abſq; aſpectu bonorum.
Retrogradatio.
Caſus ab angulis.
Curſus tarditas, quando .ſ. minus medio motu mouentur.
Stationarij ſtatione prima.
Maſculinus in ſigno & gradu fœminino, & econuerſo.
Diurnus in die ſub terra, & in nocte ſupra terram, & econuerſo.
Item in oppoſitione domorum, & dignitatum ſuarum.
Meridianus deſcendens.
Planeta in uia combuſta.
In coniunctione planetæ retrogradi, ſeu cadentis, ſiue aliter impediti.
Planeta non receptus ab alio.

Præcipua trium ſupiorũ detrimenta.

Occidentalitas à Sole.
Exiſtentia in ſignis, & quartis fœmininis.

Debilitas Solis.

In quartis, ſignis femininis, præterquàm in nona.

Inferiorum debilitas.

Orientalitas à Sole.
Signa & quarta maſculina.

Particularia Lunæ impedimenta.

Duodenaria Lunæ cum infortunis, uel eidem contraria.
Quando eſt in ultimis gradibus ſignorũ uidelicet terminis malorum.
Quando non aſpicit domum ſuã, maxime in ♊ abſq; receptione Mercurij.
Exiſtentia ipſius in ſignis & gradibus maſculinis.

De esse circuli accidentali, ac domibus cœli duodecim.

TOtum hoc nostrum supernum, atq; inferius positum hemispærium in partes duodecim (licet diuersimode) æquales tamen secundũ quid diuidi decernitur, quas domos, ædes, ac domicilia appellant. Communior tamen & rationabilior assertio quatuor cœli quartas horizonte, ac meridiano interceptas in partes ternas iuxta quatuor alios circulos per puncta sectionum amborum prædictorum circulorum ductos, & sic cœlum totum in duodecim partes æquales in equatore secat, inæqualia zodiaci interstitia iuxta positionem circulorum sex distinguentium (coassumptis horizonte, ac meridiano) efficiens. Initiũ uero diuisionis istius in oriente ab horizonte inferius statuunt quem horoscopum, uel ascendens uocant, eo quòd de inferiori ad superius hemispærium sese tollit. Hunc etiam, cuspidem, cardinem, aut angulum orientis communiter appellant, cui secunda succedit, dehinc tertia domus subsequitur. Sicq; post angulum quemlibet quartæ domus. s. septimæ, ac medij cœli cuspidem, singula succedens, ac reliquæ quatuor cadentes domus succedentes ipsas, subsequuntur, quæ duodecim in totum numeratim efficiuntur.

Quarta igitur pars, quæ est ab ascendente gradu superius uidelicet. 12. 11. ac, 10. domus orientalis dicitur, masculina puerilis, uernalis quoque, & sanguinea.

Quarta uero quæ est à gradu decimæ usq; ad gradum occidentis. uidelicet nona, octaua, & septima, meridiana, fœminina, æstiua, iuuenilis, & cholerica.

Quarta alia quæ est ab occidente usq; ad gradum quartæ domus, uidelicet, sexta quinta, & quarta, occidentalis habetur masculina, autumnalis, melancholica, & senilis.

Quarta denique quæ est à quarta domo ad ascendens: uidelicet tertia, secũda & prima septentrionalis, fœminina, hyemalis, phlegmatica & decrepita.

Ascendens medietas eadem est, quæ à gradu decimæ, usq; ad imum terræ continetur.

Descendens, quæ à gradu ipso medij cœli per septimã usq; ad gradum prædictum mediæ noctis habetur.

Dextera cœli uocatur, quæ est supra terram uidelicet. 12. 11. 10. 9. 8. & . 7. domus.

Sinistra cœli quæ est sub terra, uidelicet, prima 2. 3. 4. 5. & . 6. domus.

Dextera ascẽdẽtis: est pars cœli, quæ est ab ascendente ad septimã sub terra.

Sinistra ascendentis, quæ est ab ascendente ad septimam supra terram.

Dextera orientis est pars media hemispærij ab oriente ad occasum per septentrionem.

Sinistra orientis pars est altera itidem supra terram per meridiem ab ascendente usque ad angulum occidentis.

Septem sunt loca, meliora, fortiora, & laudabiliora, in quibus planetæ sunt fortiores, Exceptis proprijs significatis domus cuiuslibet, ut decima pro dignitate, & sic de cæteris. Nam domus tunc rem ipsam significans omnibus alijs præfertur, ueluti etiam dominus eius.

Prima igitur uniuersaliter fortior est decima.
Decima fortior est septima.
Septima fortior est quarta.
Quarta fortior est undecima.
Vndecima fortior est quinta.
Quinta fortior nona.
Nona fortior tertia.

Sexta, Octaua & Duodecima — malæ & infortunatæ

Post ista septem fortior, seu minus debilis est domus tertia.
Tertia præualet secundæ.
Secunda demū præualet octauæ. In hac.n. dicitur esse magnū infortuniū.



De accidentibus planetarum, tum inter se, tum in semetipsis.

Prohibitio in primis est, quæ aspectus prohibet planetarum, & coniunctiones, uel radios ipsorum impedit. Et hoc dupliciter corpore. s. uel aspectu. Corpus enim planetæ aspectum alterius impedit, dum propius planetæ, quàm ille qui aspicit fuerit, uel etiam dum pares æquæ fuerint gradus tam planetæ aspicientis tertium, quàm corpore applicantis. Aliter planetæ radij, dum propius tertio fuerint tam corporalem coniunctionem, quàm aspectum longinquioris impedit.

Receptio planetarum est, quando planeta iungitur domino domus, in qua est, uel exaltationis, aut aliarum minorum dignitatũ essentialium. Et ipse similiter dominiũ aliquod habeat in prædicto loco in quo est. Verum quando unus est in dignitatibus alterius, & econuerso, melior est & perfectior receptio, quàm esse possit, maxime ex trino, & sextili.

Redditus uirtutis dicitur, quando planeta ex domo propria, uel dignitate alia alteri iungitur planetæ combusto, aut sub radijs, Solis uel retrogrado existenti. Hic nanq; propter debilitatem suam alteri respicienti uirtutem reddit domino ipsius, quam retinere non potuit. Et si ambo fuerint in angulis, uel succedentibus, redditus iste proficuus erit. Similiter etiam si planeta alteri applicans in angulo fuerit, utilis erit, licet alter in cadenti sit, dum tamen alterũ recipiat. Item dum ille qui reddit uirtutem alteri in angulo fuerit, alter uero non, cum proficuo erit illi, non tamen econuerso, nisi cum receptione (ut prædiximus) fiat. Verum si ambo cadentes fuerint, cum detrimento redditus erit.

Translatio luminis, uel naturæ primo fit, quando separatur planeta leuis cursu à ponderoso, dehinc alteri iungatur, tunc primus transfert naturã secundi ad tertium, Item si leuis ponderosiori se, iungatur, & hic alij adhuc ponderosiori se, tunc medius hoc modo naturam primi ad tertium transfert.

Redditus luminis, si quando planetæ duo inter se distantes tertio alicui ambo iungãtur: tunc tertius iste amborum lumen colligit & proiicit ad eosdem, uel etiam ad loca quælibet signorũ zodiaci sextilis. s. trini uel quadrati, & diametralis radiationis, quibus in locis planeta alius existẽs duorum prædictorũ lumen recipit, & tunc idem ferè est quod translatio.

Pulsatio est, quando aliquis planeta per aspectum iungatur domino signi, exaltationis, triplicitatis, termini, uel faciei signi illius in quo fuerit. Vel si leuis econuerso in aliqua dictarum dignitatum suarum fuerit, & planetam aspiciat nullam habentem dignitatem in loco in quo est. Tunc ille primo naturam mittit ad dominum suiipsius signi. Hic secundo modo propriam leuis naturam ponderosiori, & peregrino mittit.

Refrenatio est quando planeta alteri applicans corpore, uel aspectu, antequàm eidem coniungatur, fit retrogradus. In tali casu refrenatur, ne talis coniunctio, uel aspectus compleatur.

Contrarietas fit quando planeta ponderosus in medio est duorum leuium. Et quando prior deberet ipsi medio cõiungi, cui applicat, econuerso tertius leuis, qui ab eodem elongabatur, per retrogradationem medio copulatur, & transiens illum, alteri etiam priori coniungitur. Et sic dupliciter prioris coniunctio cum medio non tantũ impeditur, sed etiam cum huic secundo congredi debuerit, tertio contrario modo copulatur.

Abscisio luminis eodem ferè modo interuenit, quum tertius .s. priorem, & secundum per gradus aliquot in aliud signum transiens per retrogradationem medio huic, non priori tamen coniungitur. Alio modo etiam si fuerit planeta leuis petens coniunctionem ponderosi. Et hic ponderosioris aspectum, uel congressum ineat, antequàm .s. prior ipsi coniungatur, tunc tertius lumen prioris à secundo abscindit, cuiusmodi congressum expectabat.

Frustratio itidem ferè secundo hoc modo, quo abscisio luminis fit quum .s. prior à secundi congressu frustratur, dum secundus hic signum in quo fuerat exiens, & signum aliud iniens, planetæ tertij radijs copulatur, prioris congressum postergans.

In exemplari themate Sol trinum Martis ad Venerem in eodem gradu corporaliter impedit. Verum ✶ ☽ in secundo ♉ gradu existentis coniunctionem corporalem ☉ & ♀ prohibet. Recipiunt sese mutuo ♀ & ☽, at Venus combusta uirtutem Lunæ reddit. Transfert Mercurius lumen ☉ ad ♀, postquàm eidem coniunctus, Venerem corporaliter petit, uel alio modo, dum ☉ à Mercurio recedens Veneri copulatur, tunc Sol Mercurij lumen ad ♀ transferet. nec minus lumen Solis Mars ad Saturnum secundo hoc modo transfert, Vel Martis lumen & Iouis Sol ipse colligit, & ad loca eadem met ipsorum reddit, & transfert. Contrarietas & luminis abscisio in ♀ ☉ & ☿ cernitur, si quando Venus retrograda uni, uel ambobus etiam iungatur.



De his quæ accidunt planetis cum Sole & Luna,
& primo de combustione.

EX his quæ spectant planetis quinque erga luminaria prima est coniunctio, de qua supra. Hinc est combustio, cuius quidem terminus in planeta quolibet per semidiametrum Solis, uidelicet gradus septem cum dimidio, & semidiametrum orbis radiorum planetæ cuiusuis aggregatum accipitur. Et sic in Luna gradus erunt tredecim cum dimidio. In Venere & Mercurio gradus undecim. In Marte gradus undecim cum dimidio. In Ioue, & Saturno gradus duodecim. Sic nanque dum Soli appropinquant per gradus totidem ante uel retro proprie comburi dicuntur. Alij tamen dantur combustionis termini, quibus promissa adimplet planeta quilibet, uel non, in annis maxime uitæ nati, quum fuerit alchocoden. Tres nanque superiores dum occidentales fuerint per gradus .15. à Sole, ac postea dum Sol ab eis elongatus fuerit per gradus decem combusti prorsus, dehinc usque ad quindecim sub radijs esse dicuntur. Venus, & Mercu-

rius dum Soli per gradus septem appropinquant, donec per gradus quin que transeant, combusti sunt. infra. 12. sub radijs. Luna per gradus. 12. ante & retro. uel saltem per gradus. 10. postea comburitur. abinde supra sub radijs Solis usq; ad. 15. permanet. Et hæc cum Venere magis, quàm planetæ alij à Sole comburitur.

Almugea planetæ est, ut sit occidentalis à Sole, & inter eos tot sint signa, quot sunt inter domum Solis, & planetæ ipsius, uel sit occidentalis à Luna, & sint inter eos tot signa, quot supra.

Orientales dextri tres superiores dicuntur quum noctu ante Solem oriuntur, econtra in die occidunt.

Occidentales sinistri econuerso quum die post Solem oriuntur, noctu occidunt. Et à coniunctione per gradus. 30. usq; ad. 60. fortificantur in orientalitate sua. Et à retrogradatione per gradus totidem postea occidentales fortes fiunt, postea utrinq; debilitantur.

Inferiores duo quando separantur à Sole per directionem, & uespere post Solem occidunt, & Luna similiter, occidentales dicuntur. Venus & Mercurius retrogradi post coniunctionem, at Luna post oppositionem cum Sole orientalis dici solet.

De his quæ accidunt in semetipsis est uacuitas cursus, quando .s. separatur ab uno, & nulli iungitur, donec fuerit in illo signo.

Feralis, uel agrestis dicitur, quando planeta nullus signum aspicit, in quo ipse fuerit.

Peregrinus ubi nullam habet dignitatem. In suo haym, ut masculinus & diurnus in die supra terram, & in signo & gradu etiam masculino, & econtra.

Ascendens in circulo suæ augis, uidelicet in superiori parte, dum per gradus. 90. ipsius augi applicat (quemadmodũ in Ephemeri cuiuslibet propriæ uniuscuiusq; auges describuntur) & ab auge itidem per gradus totidem descendens, minorq; lumine, & magnitudine, & cursu dicitur. Ab opposito uero augis per gradus totidem dum ascendit, ac descendit, maior erit lumine, & magnitudine. Et quando mouetur plus medio cursu, uel minus, dicitur auctus uel diminutus cursu.

Et quando transit nodum intersectionis deferentis cum eclyptica, qui genhazar dicitur, septentrionalis, uel meridionalis ascendens uel descendens fit, quemadmodũ in Ephemeri notatur. Quod in Luna per te hoc pacto per propriam tabulam, & canonem agnosces.

Argumentum	Latitudo Sept. asc.		Latitudo Sept. asc.		Latitudo Sept. asc.		Latitudo Sept. desc.		Latitudo Sept. desc.		Latitudo Sept. desc.		
	0		1		2		3		4		5		sig
g	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g
0	0	0	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	30
1	0	5	3	34	4	22	5	0	4	17	2	25	29
2	0	10	2	39	4	25	5	0	4	14	2	21	28
3	0	16	2	43	4	27	5	0	4	12	2	16	27
4	0	21	2	48	4	30	4	59	4	9	2	11	26
5	0	26	2	52	4	32	4	59	4	6	2	7	25
6	0	31	2	56	4	34	4	58	4	3	2	2	24
7	0	37	3	0	4	36	4	58	3	59	1	57	23
8	0	42	3	4	4	38	4	57	3	56	1	52	22
9	0	47	3	9	4	40	4	56	3	53	1	47	21
10	0	52	3	13	4	42	4	55	3	50	1	42	20
11	0	57	3	17	4	44	4	54	3	46	1	37	19
12	1	2	3	21	4	45	4	53	3	43	1	33	18
13	1	7	3	24	4	47	4	52	3	39	1	28	17
14	1	12	3	28	4	48	4	51	3	36	1	23	16
15	1	18	3	32	4	50	4	50	3	32	1	17	15
16	1	23	3	36	4	51	4	48	3	28	1	12	14
17	1	28	3	39	4	52	4	47	3	24	1	7	13
18	1	33	3	43	4	53	4	45	3	21	1	2	12
19	1	37	3	46	4	54	4	44	3	17	0	57	11
20	1	42	3	50	4	55	4	42	3	13	0	52	10
21	1	47	3	53	4	56	4	40	3	9	0	47	9
22	1	52	3	56	4	57	4	38	3	4	0	42	8
23	1	57	3	59	4	58	4	36	3	0	0	37	7
24	2	2	4	3	4	58	4	34	2	56	0	31	6
25	2	7	4	6	4	59	4	32	2	52	0	26	5
26	2	11	4	9	4	59	4	30	2	48	0	21	4
27	2	16	4	12	5	0	4	27	2	43	0	16	3
28	2	1	4	14	5	0	4	25	2	39	0	10	2
29	2	25	4	17	5	0	4	22	2	34	0	5	1
30	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	0	0	0
sig	11		10		9		8		7		6		
	Latitudo Mer. asc.		Latitudo Mer. asc.		Latitudo Mer. asc.		Latitudo Mer. des.		Latitudo Mer. des.		Latitudo Mer. des.		Argumentum

Latitudinem Lunæ per præcedentem Tabulæ descriptionem uenaturus signa & gradus, quos caput draconis pertransiit, à uero loco Lunæ subducito, signorum numerum utrolibet ab Ariete numeraliter computando: relictus enim signorum, & graduum numerus (coassumptis signis duodecim, si quando pauciora fuerint signa Lunæ quàm capitis ipsius) argumentum latitudinis Lunæ ostendet: per quod, ubi signa sex minime excesserit, latitudinem septentrionalem ascendentem, uel descendentem, & ab inde supra Meridianam offendes. Signa ergo in fronte tabulæ primum ab uno usq; ad quinque, gradusq; ipsos descendentes post signa integra ab uno usq; ad .30. ab inde uero supra, uidelicet à signis .6. usque ad signa .11. inferius, gradusq; ipsos) si qui fuerint ultra signa eadem) dextrorsum ascendentes perquirito. Sic nanq; in communi tabulæ angulo latitudinem Lunæ per gradus & minuta, ascendentem uel descendentem ad utranq; poli partem, quæsitã excipies, proportionalem partem (ubi opus fuerit) adhibendo.

Dignitates planetarum essentiales.

Potestates, ac dignitates planetarum, gradus quoq; masculinos, ac fœmininos, tenebrosos, lucidos, fumosos, & uacuos, post gradus putei, bonæ fortunæ, atq; Azemene .i. debilitatis corporis tabula inferius describenda peculiariter ostendit: pro quorum omnium significationibus iudiciorum, atq; astronomorum paginas explorato; cuiusmodi rei negocium nobis haud quaquàm duximus assumendum.

Domus autem planetæ uirutes continet quinque.

Exaltatio quatuor.
Triplicitatis tres.
Terminus duas.
Faciem unam.

Numerum autem summatim uirtutum, seu dignitatum planetæ cuiuslibet in toto quouis zodiaci signo extrema tabulæ linea sigillatim comprehendit.

V G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1 2								t	5 ♄
3 4						♃		=	
5 6	p			☉	♂		m	l	5
7 8									♃
9 10						♀	f		8
11 12	p							t	♂
13 14							m		8
15 16	p			♃	☉		=		☉
17 18						☿		l	3
19 20		fo					f		♀
21 22									2
23 24	p					♂		u	☿
25 26				♄	♀	=			° ☽
27 28						♄	m	l	° ☊
29 30	p							u	° ☋

Domus ♂ diurna.
Exaltatio ☉ 19 gradu.
Caſus ♄ 21 gradu.

♉ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1 2								t	3 ♄
3 4		fo				♀	f	=	
5 6	p		a	♀	☿		=	l	2 ♃
7 8			a a					=	
9 10			a a				m	u	5 ♂
11 12	p					☿	=		
13 14								l	° ☉
15 16		fo		☽	☽		f	=	10
17 18							=	u	♀
19 20						♃	m		3
21 22							=		☿
23 24	p						f		8
25 26	p			♂	♄	♄		l	☽ °
27 28			fo			=	m		☊ °
29 30						♂		t	☋

Gaudium ♀
Domus ♀ nocturna
Exaltatio ☽ 3 gradu.

♊ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicitã. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1									5
2	p							1	♄
3						☿	f		
4									
5									6
6				♄	♃			t	♃
7									
8									3
9									♂
10						♃		1	
11		fo							
12	p						m		1
13									☉
14									
15				☿	♂	♀		u	2
16									♀
17	p								
18									
19							f		10
20								1	☿
21						♂			
22									o
23									☽
24									
25				♃	☉		m	t	4
26	p								☊
27						♄			
28							f		o
29								u	☋
30	p								

Domus ☿ diurna.
Exaltatio ☊ 3 gradu.
Caſus ☋ 3 gradu.

♋ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1		fo					m		2
2		fo							♄
3		fo							
4		fo				♂			
5				♀	♀		f		6
6									♃
7								1	
8									
9			a				m		5
10			a						♂
11			a			♀	f		
12	p		a						o
13			a					t	☉
14			a						
15		fo	a						
16				♂	☿			u	6
17	p					☿			♀
18							m		
19								fu	
20									3
21									☿
22									
23	p					♃			9
24								1	☽
25				☽			f		
36	p				☽				o
27									☊
28						♄			o
29							m		☋
30	p							u	

Domus die ac nocte ☽.
Exaltatio ♃ 15 gradu.
Caſus ♂ 28 gradu.

♌ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1									6
2		fo							♄
3							m		
4						♃			6
5		fo		☉	♄				♃
6	p							t	
7		fo					f		
8									3
9						♀			♂
10									
11									8
12							m		☉
13	p								
14									
15	p					♄		fu	2
16				♃	♃				♀
17									
18			a						2
19		fo							☿
20							f		
21						☿			
22	p								o
23	p							u	☽
24									
25				♄	♂				o
26									☊
27			a			♂	m		
28	p		a					l	o
29									☋
30									

Domus ☉ die ac nocte

♍ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ.femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1									2
2									♄
3		fo					t		
4						☿			
5							f		2
6					♀	☉			♃
7								l	
8	p								5
9								u	♂
10									
11							m		
12									1
13	p					♀			☉
14		fo							
15					♀				6
16	p			☽			f		♀
17									
18									12
19						♃			☿
20		fo						fu	
21	p								
22									3
23									☽
24									
25	p			♂	☿	♂		u	
26							m		o
27									☊
28									o
29						♄		t	☋
30									

Gaudium ☿
Domus ☿ nocturna
Exaltatio ☿ 15 gradu.
Caſus ♀ 27 gradu.

♎ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ. femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1	p								10
2									♄
3		fo					m	l	
4						♄			6
5		fo		♄					♃
6					☽				
7	p								
8								t	2
9									♂
10									
11						☿	f		○
12									☉
13									
14									7
15					♄			l	♀
16				☿					
17									
18						♃	m		5
19									☿
20	p								
21		fo							
22									1
23									☽
24							f	l	
25				♃	♃	♀			○
26									☊
27									○
28									☋
29							m	u	
30	p					♂			

Domus ♀ diurna
Exaltatio ♄ 21 gradu
Caſus ☉ 19 gradu

♏ G	Putei G	Fortunæ G	Azemene G	triplicita. G	Faciei G	Termini G	maſ. femi. G	Te.lu.ua. G	dignitates
1									2
2								t	♄
3							m		
4						♂			2
5					♂				♃
6				♀				l	
7		fo							
8									11
9	p					♀			♂
10	p								
11							f		
12								u	1
13									☉
14									
15					☉				6
16				♂		☿	m		♀
17								l	
18		fo							
19			a						2
20		fo							☿
21								fu	
22	p						f		
23	p					♃			☽
24									
25								u	
26				☽	♀				○
27	p					♄			☊
28							m		○
29			a					t	☋
30									

Domus ♂ nocturna
Gaudium ♂
Caſus ☽ 5 gradu

♐	Putei	Fortunæ	Azemene	triplicita.	Faciei	Termini	maſ.femi.	Te.lu.ua.	dignitates
G	G	G	G	G	G	G	G	G	
1			a				m		6
2									♄
3									
4							f		10
5				☉	☿			1	♃
6									
7	p		a			♃			2
8			a						♂
9									
10							m		
11								t	3
12	p								☉
13		fo							
14									2
15	p			♃	☽	♀			♀
16								1	
17									
18			a						3
19			a			☿	f		☿
20		fo							
21									
22								fu	1
23									☽
24	p					♄			
25					♄				o
26				♄					☊
27	p						m	1	
28									4
29						♂			☋
30	p								

Domus ♃ diurna
Gaudium ♃
Exaltatio ☊ 3 gradu
Casus ☋ 3 gradu

♑	Putei	Fortunæ	Azemene	triplicita.	Faciei	Termini	maſ. femi.	Te. lu. ua.	dignitates
G	G	G	G	G	G	G	G	G	
1									7
2	p								♄
3									
4						☿		t	3
5				♀	♃				♃
6							m		
7	p								
8									10
9								1	♂
10									
11						♃			1
12		fo							☉
13		fo						fu	
14		fo							3
15				☽	♂		f		♀
16									
17	p							1	
18						♀			2
19									☿
20		fo							
21								t	
22	p								3
23									☽
24	p				☉			u	
25				♂		♄	m		
26			a						o
27			a						☊
28	p		a					t	o
29			a			♂			☋
30									

Domus ♄ nocturna
Exaltatio ♂ 28 gradu
Casus ♃ 15 gradu

♒	Putei	Fortunæ	Azemene	triplicita.	Faciei	Termini	maſ.femi.	Te.lu.ua.	dignitates
G	G	G	G	G	G	G	G	G	
1	p								10
2									♄
3							m	fu	
4						☿			5
5									♃
6				♄					
7		fo			☿			l	
8									1
9									♂
10									
11						♀	f		
12	p							t	o
13									☉
14					☿				
15				☿					3
16		fo							♀
17	p	fo				♃		l	
18			a				m		
19			a						
20		fo							6
21									☿
22	p								
23									
24	p				☽	♂	f	u	1
25				♃					☽
26							m		o
27									☊
28						♄		l	
29	p						f		o
30									☋

Domus ♄ diurna
Gaudium ♄

♓	Putei	Fortunæ	Azemene	triplicita.	Faciei	Termini	maſ.femi.	Te.lu.ua.	dignitates
G	G	G	G	G	G	G	G	G	
1									3
2									♄
3							t		
4	p								8
5				♀					♃
6							m		
7					♄	♀			
8									6
9	p								♂
10								l	
11									o
12									☉
13		fo							
14									
15						♃	f		9
16				♂				t	♀
17					♃				
18						☿			2
19									☿
20		fo						l	
21									
22							m		3
23									☽
24	p					♂		u	
25					♂				
26				☽			f		o
27	p	fo						l	☊
28	p								o
29									☋
30						♄	m	t	

Domus ♃ nocturna
Exaltatio ♀ 27 gradu
Caſus ☿ 15 gradu

SIcuti in magnarum rerum inceptionibus (ut inquit Albertus in speculo) ex electione laudabilis horę minime libertas arbitrij coercetur, sed potius electionem horæ contemnere arbitrij præcipitatio, non libertas existimatur. ita necp in paruis omnino contemnenda censetur, atcp in his maxime, quæ ex naturali elementorũ complexione, ac syderũ cursu eueniunt. Vnde medici, qui in ægritudinibus sanandis, ac medicinis dandis, (ut inquit Alexander de ales. 2. parte summæ quest. 3. ar. 6.) minime considerant motus corporũ supercœlestiũ, aut ipsi nescientes, aut aromatarij nõ medici censendi sunt. Obseruare uero tẽpus in his quæ mere subsunt libero arbitrio, uel quæ a nulla cœli ratione, uel elementariũ rerum complexione, aut nulla temporis qualitate dependent, uanum, & superstitiosum omnino reputatur. ut ea quæ de bisextili anno, uel calendis mensium, ac feriarum, uel etiam de dierum Lunæ numero fatue prædicantur. Homo nancp duobus regitur principijs (ut idem Albertus in suis mineralibus) natura. s. & uoluntate. natura subiecta est syderibus, uoluntas aũt libera. Propterea (ut prædiximus) aliquæ sunt operationes, uel effectus pure corporales, quæ syderibus plane obediunt, tancp secũdis causis ad hæc, & ad alia a Deo cõstitutis, ut est sanitas, uel infirmitas, longa, uel breuis hominũ uita. Aliæ sunt operationes mere, ac pure uoluntariæ, quæ terminos astronomicæ potestatis excedunt. ut facere hoc uel illud bonum, uel malum, uel aliquid ad utruncp uertibile. Aliæ sunt partim corporales, partim uoluntariæ, atcp ideo mistæ. Vt facere iter, quod primum ad uoluntatem hominis pertinet, uel non facere. Quod autem ex eo itinere bonum, uel malum corpori eueniat, ut damnum, lucrum, honor, uel dignitas, hoc ex cœlorum influxu dependet. Item quia si quis regem, uel aliquem alium aditurus, lætitiæ tempus obseruat, ut illum petitioni suæ facilem inueniat. Ita (quia constellatio aliqualiter disponit, & inclinat humanam uoluntatem ad hoc uel aliquid agendum) in hoc quocp, & similibus electio horæ laudabilis (ut plurimum) præualebit.

Radices & fundamenta electionum.

NOn eligas primo, nisi natiuitatem, uel reuolutionem, aut interrogationis horam illius noueris, cui electionem facere intendis: quia forte accipies ascendens inimicum, & contrarium radici natiuitatis, uel reuolutionis, ita quod dabis ei pro ascendente duodecimam, octauam, uel sextam suæ radicis: uel forte mouebis ei damnum uel malum, quod retrahere non poterunt fortunæ, quas ei collegisti, quia forsan illæ fortunæ erunt inimicæ, & contrariæ suæ radici, siue illa infortuna, quã debilitasti in electiones tua forte erit significatrix in radice, te hoc nesciẽte. Et sic

aliquis incipiet iter die infortunato, & malo, & libere lucrabitur. Et alius quidem nauim intrabit die electo, bono, & fortunato, & nunquam reuertetur ad locum suum, uel aliàs impedietur, & rem amittet, & alius tamen lucrabitur. Et hoc nõ accidit nisi propter discordantias natiuitatum suarum, nec proficit alteri exitus, quem fecerunt duo una die, & hora. Potest igitur quis se adiuuare de electionibus quando bonitas electionis adiuuat significatores radicis: quòd si iidem boni, uel mediocres fuerint, uel saltem non multũ damnati, electio in hoc proficit, & ad bonum trahit. Quod si modo contrarium fuerit, non apparent electionum effectus. Vt si quis etiam pro suscipiendo filium idoneam ad hoc horam elegerit, & habuerit in natiuitate domum, & significatores filiorum damnatos, priuationem filiorum denotantes, non erit profectus ex hoc in electione laudabilis horæ: quia electio non tantum ualet quòd uel retrahere, uel effectũ contrarium producere possit illius, quod planetæ in radicis natiuitatis significarunt.

Aphorismi in electionibus operum.

QVando habueris natiuitatem, uel interrogationem, uel etiã anni reuolutionem, tunc debes aptare domum, ac significatorem natiuitatis uel interrogationis rei ipsius incipiendæ. Aliter fortunetur domus hora inceptionis rem ipsam significans, ac dominus eius, & similiter eiusdem rei significator.

Aptetur etiam Ascendens dominus ascendentis, & dominus domus ipsius. Et sit ascendens de natura simili, & conuenienti in qualitate & ratione rei incipiendæ, ut signa mobilia pro itinere, terrea, uel fixa pro plantationibus, & seminum iactu, atq; pro litibus Martis signa, uel pro igne ignea & cætera. Quòd si dominus ascendentis fuerit in fortuna ponas eum aspicientem. Ascendens de trino uel sextili.

Aptetur Luna primũ, quia participationẽ habet de re omni, nec non dominus domus eius. Quæ (ut plurimum) abhorrenda est in ascendente secundum Haly.

Aptetur Sol sicut rex, qui nisi sit in Leone, uel Ariete) in Ascendente, uel in domo rei malus est.

Item planeta rem naturaliter significans, ut Venus nuptias, Iuppiter substantiam, & similiter de aliјs.

Itẽ locus coniunctionis, uel ꝑuentionis ꝓcedentis electionẽ, & dñs eius.

Decima domus similiter, necnon dñs eius, & quartæ, qui finẽ rei attedit: dũ tñ quartã domũ aspicit: aliter non significat finẽ rei, sed dñs domus Lunæ, si Lunã aspexerit. sin aliter, planeta, cui primũ iũgitur Luna post hũc dñs domus partis fortunę, si hãc aspexerit. sin aũt remanet significatio Lunæ, & dño domus eius principaliter, uel quarto à Luna signo ubi tũc fuerit, & secundũ aliquos dño quarti signi à loco partis fortunæ.

Et si pdicta omnia adaptare non poteris, quę potes fortifica, & ad minus apta significatorem rei, Ascendens, ascendētis dominum, & Lunam. quę si fuerit infortunata, fac eā cadere ab ascendente, & planetā impedientē Lunā pone dn̄m primæ, quia prima nō impedit semetipsam, & sit ipse liber ab infortunis. Et si nō potest poni dn̄s primę ponatur in 10. uel. 11. uel. 5. q si reciperet Lunā, frangeretur tota eiusdem malitia, similiter pone Iouem, aut Venerem in Ascendente, uel decima, aptando saltem dominum horæ, quia erit aliquod iuuamentum in re tua.

Caue in omnibus ne sit dn̄s ascendentis retrogradus, nā licet oēs alij significatores sint boni, nō tamen adimplebitur res nisi cū maximo labore.

Caue etiam ne luminaria sint in coniunctione, uel oppositione, maxime cum capite, uel cauda, neue horū alterutrū sit in prima, uel in loco rei, nec cum parte rei.

Caue etiam præ omnibus ne sit ascendens electione sexta, uel octaua, uel duodecima natiuitatis, uel quæstionis.

Caueas insup quantū poteris ne sint infortunæ in ascēdente, aut in aliquo angulorū, & maxime si fuerint domini malorum locorum uidelicet. 6. 8. ac. 12. domus.

Cauendum est etiā ne sit stella de natura malorum in ascendente, uel medio cœli, neue Luna sit in. 2. domo. 6. 8. uel. 12.

Insuper nec ponas partem fortunæ cadentem in aliquo initio, uel facto, nec remotam ab aspectibus, uel coniunctione Lunæ, non curando in hoc de aspectu domini partis eiusdem. Quòd si dominum ascendentis cum parte eadem coniunctum, uel in aspectu eiusdem exhibueris, magnam in re tua utilitatem augebis.

Electiones in initiis rerum ex aspectibus Lunæ ad planetas ex Ioanne Monteregio.

SAturni ☌ cum ☽ in omnibus operibus dies euitandus, in primisq cum senibus, uillicis, & agricultoribus.

Saturni ⚹ & △ cum ☽ senibus, & consulibus iungere, terram cole, funda castra, extrue ædificia, uineas & hortos planta, ruinosa erige.

Saturni □ & ☍ cum ☽ senibus non occurras, terrā non coles, non plantabis, iter non facies, desiderium differ, præcipue si malum fuerit.

Iouis ☌ cum ☽ ⚹ uel △ cum iudicibus, nobilibus, & ecclesiasticis conuersare, & ab his quicquid uolueris pete omniaq opera bona sine ullo timore incipias, quod nō minus de □ & ☍ dictū puta, diminute tamē.

Martis ☌ cum ☽ □ uel ☍ milites, ac strenuos uiros euitabis, contentiones fugias, nihilq penitus incipias.

Martis ⚹ uel △ cum Luna duc exercitus ad bella, ducibus, & regibus congredere. principes alloquere, ignem pro alchimia accende, equos bellandi causa eme.

Solis ☌ cum Luna res occultas, & consilia secreta perfice, quæ sciri nolueris. in reliquis euitanda est.

Solis ✶ cum ☽ uel △ regibus, principibus, consulibus, & sapientibus obuiam fias, & ab his, quod desideras postula, ius pete, amicitias principum ineas.

Solis ☍ uel □ cum Luna à prædictis omnibus caueas.

Veneris ☌ cum ☽ duc uxorem, comæ ornentur, elegantia uestimenta indue, cum muliere concumbe. quod de ✶ ac △ uehementius, de □ & ☍ remissius dictum intelligas.

Mercurij ☌ cum ☽ uel quocunque alio ipsorum aspectu expone scripturas, dic causas, calculum & rationes facito, mercare, eme, uende, nuntios, legatos, & oratores mitte, iter arripe.

Hic aduertendum est quòd Luna cum in signo mobili fuerit, optimum est res inchoare, quarum finem in proximo quæris. Et cum in signo fixo fuerit, res longo tempore duraturas incipe. Et cum in signis communibus fuerit, res non diu duraturas agito.

Si Luna stellis fixis fortunatis coierit, aspectus fortunatus fiet, & econuerso.

Luna capiti draconis coniuncta fortunata est. cum cauda infortunata.

Caput bonis bonitatem, malis malitiã adauget. Cauda cum eisdem coniuncta utranque, bonitatem. s. uel malitiam minuit.

Mansiones Lunæ.

VNiuersorum ferè Astrologorum cœtus Mansiones Lunæ.28.per signa.12.distribuere, cum pro mutatione aeris, tum pro inchoatione operum opportunas, ac scitu dignas, ob stellarum fixarum influentias locis ipsis signiferi uarios rerum effectus inducentes. Quæ licet aliàs in octaua sphæra à capite Arietis inchoentur, iuxta tamen superioris orbis situm (sub quo stellarũ motus computari solent) ex quo ad motum augium, & stellarũ fixarum uariabiles existunt, easdem nunc à.20. Arietis gradu immobiliũ signorum, ac plus parum auspicari decernimus, quæ paulo ante per annos aliquot à gradu.19.m̃.56. per Gauricum uatem, ac prius per Ioannem Monteregieñ. siue etiam Ioannem Stœflerinũ à gradu eodem.19. atq; mi.26. rite computabantur. Mansio autem quælibet prædictarum gradus.12. minuta.51.& parum plus continet. Vniuersalia uero singula hæc significata iuxta Lunæ fortitudinem, uel aliorum etiam significatorũ plus & minus perspecta influendi potestate modifica.

	G. m.		
1	♈ 20 6	Temperata	Arripe iter, sume medicinam, præcipue laxatiuam.
2	♉ 2 57	Sicca	Fac iter per aquam, fere, planta, à purgationibus caue.
3	♉ 15 49	Humida	Mercare, eme bestias, nauigare autem & societatem facere, malum.
4	♉ 28 40	Hũi. frigi. tpate	Planta, semina, coniugium fuge, nauem ne ascendas.
5	♊ 11 32	Sicca	perfice iter, fac coniugium, medicare, mercare pueros præceptoribus trade.
6	♊ 24 23	Temperata	Ad bellum, & duces accedito, nihil autem boni penitus inchoato.
7	♋ 7 15	Humida	Semina, ara, iter non arripe, ni forte in mari, aut flumine.
8	♋ 20 6	Nubilo sa tẽpate	Sume medicinam, fac iter per aquam, & terram etiam secundum aliquos.
9	♌ 2 57	Sicca	Nauigationem iuxta aliquos inire bonum est. In reliquis mala.
10	♌ 15 49	Humida	pro coniugio, aliàs pro plantationibus, ac fundationibus idonea uisa est, i ineribus mala.
11	♌ 82 40	Tpa. ma gis tñ fri	Semina, planta, proficiscere, medicinas laxatiuas fugito.
12	♍ 11 31	Humida	Aedifica, sere, planta, nauigare autem & alia plurima indifferenter euitabis.

Mansiones Lunæ

Maſio	G.	m̃.		
13	♍ 24	23	Tempe=rata	Iter facere, ſerere, uel arare, nuptias celebrare, legationes obire, ac reges petere bonum eſt.
14	♎ 7	14	Tempe=rata	Iter fuge, ac coniugium uiduæ mulieris. Alias planta, ſemina, & medica.
15	♎ 20	6	Humi=da	Puteos, uel arua fodere bonum eſt, non autem iter facere, uel nuptias celebrare.
16	♏ 2	57	Frigida humida	Non itinerato, non medicabere, quoniam utiq; mala eſt.
17	♏ 15	49	Humi=da	Vxorem uiduā ducere, & amicos quærere, beſtias emere, nō tm̄ cōtractus, neq; nauigationē inire bo=(num.
18	♏ 28	40	Sicca	Aedifica, ſere, planta, eme terras, nauiga. connubium autem & ſodalitatem fuge.
19	♐ 11	32	Humi=da	Litigare, & obſidere urbes, & hoſtes. Item ſerere, plantare, & iter facere utile eſt.
20	♐ 24	23	Humi=da	Eme beſtias, uenare, uxorem tamen non du=cas.
21	♑ 7	15	Tempe=rata	Ad reges accedere, ædificia fundare, terras emere, ſemina iacere, nuptias autē celebrare non idoneū.
22	♑ 20	6	Humi=da	Medicare, nauiga, uxorem autem ne du=xeris.
23	♒ 2	57	Tempe=rata	Medicaminibus atq; itineribus apta, coniugium tamen ac depoſitum facere uitabis.
24	♒ 15	49	Tempe=rata	Ducere exercitum ad bella, medicinam exhibere, non autem peregrinari, nubere, uel ſerere idoneū.
25	♒ 28	40	Sicca	Proficiſci meridiem, uel occidentē uerſus pro rixis maxime, & litibus, fundare etiā ac nubere prodeſt.
26	♓ 11	32	Sicca	Pro ſumendis medicaminibus utilis eſt, in reliquis mala prorſus.
27	♓ 24	23	Humi=da	Pro pharmacis exhibendis, pro merce, & coniugio laudabilis. pro mutuo ac nauigio mala omnino.
28	♈ 7	15	Tempe=rata	Mercari, ſemina proiicere, coniugium celebrare, medicaminibus uti prodeſt. nauigare autem ac deponere peſſimum.
Lunæ				

Electio primæ domus in sanguinis emissione.

PHlebotomiæ tempus unum est necessitatis, ex quo expectare diem & horam electã ex nimia forsan temporis mora periculosum est. alterũ electionis est, dum non tantum minutionis ipsius tempus instat, quin expectare diem, & horam electam liceat, ut diem clarum, & serenum iuxta medicorum normam, horam etiam quæ matutinum tempus, & digestionem completam exquirit. Tu uero ante omnia ad diem pro incisione uenæ electum construe cœlestem figuram, in qua collocabis Lunam, & dominum ascendentis in signis igneis, aut aereis præter ♊ fortunatos, id est à maleuolis Saturni. f. & Martis ☌ □ aut ☍ aspectu nequaquam affectos. Lunam præterea, & dominum ascendentis per signa, in quibus dignitatem habent, decurrere faustum est. Constitue etiam bonam fortunam in cœli medio, aut aspicientem Lunam, uel dominum orientis. Cauebis præcipue ne dominus octauæ domus cum Luna, aut domino ascendentis cõmisceatur, quem etiam ab angulis reiicere laudabile est. Fuge quo ad fieri potest ne Luna sit in ascendente, & ne ipsa, aut dominus ascendentis domiciliũ quartum, aut octauum possideat. Tandem in his fuge Martem, & abhoresce Saturnum, Lunamq́ꝫ cum Ioue præcipue, ac Sole Venere, & Mercurio in signis idoneis, ipsorumq́ꝫ fœlicibus radiationibus affectam (ut infra decurrentem obserua.

Quadraturæ Lunæ pro ætate hominum in sanguinis diminutione eligendæ.

A coniunctione in quadraturam primam luna apta est iuuenibus.
A prima quarta usq́ꝫ in oppositionem electa iuuenibus, & uirilibus.
Ab oppositione in secundam quadraturam bona uirilibus, & senibus.
A secunda quarta usq́ꝫ ad coitum idonea est senibus.

Signa idonea iuxta complexionem hominum.

Phlegmaticis prosunt signa hæc ignea	Aries	præter cæphalicam, & uenas capitis.
	Sagittarius	præter coxas.
Melancholicis hæc aerea signa	Libræ,	prima medietas, præter nates.
	Aquarius	præter tibias, & crura.
Cholericis signa aquea	Cancer	præter pulmaticã & uenas pectoris.
	Scorpii	secunda medietas præter uerenda.
	Pisces	præter pedes aut zophenas.

Sanguineis bona & mediocria signa quælibet apta sunt.
Gemini uero Leo, Libræ ultima medietas, primiq́ꝫ. 12. gradus ♏ necnon signa terrea, uidelicet ♉ ♍ ♑ minutionem sanguinis prohibent

Aſpectus ☽ ad planetas ſanguinis emiſſionem prohibentes.

Coniunctio lunæ cum:
- Sole — prohibet per duos fere dies ante & poſt.
- Saturno, Marte — impedito per diem unum ante & poſt perfectum.
- Capite — draconis ſecundum aliquos prohibet.
- Cauda — draconis impedit per diem ante & poſt.

Quartus ☽:
- Sole, Saturno, Marte — prohibet per horas .12. ante & poſt.

Oppoſitio ☽ cum:
- Saturno, Sole, Marte — impedit per diem ante & poſt.

Aſpectus Lunæ ad planetas ſanguinis deiectionem promouentes.

Coniun. ☽ cum:
- Ioue — bona ē. iuxta tñ aliquos (ut in pharmacis) illaudata.
- Venere — laudabilis eſt pro ſanguine emittēdo, ♀ nō cōbuſta.

Sextilis ☽ cum:
- Ioue, Venere, Sole — optime conducit.
- Saturno, Marte — non impedit.

Trinus ☽ cum:
- Ioue, Venere — feliciſſimus.
- Sole — optimus
- Saturno, Marte — indifferens.

Oppoſitio.
- Ioue, Venere — bona.

Coitus etiam ☽ cum ☿ nō combuſto ✱ quoq; □ & ☍ utilis eſt pro ſanguinis emiſſione:

Præcaue tamen ne membrum aliquod ferro aut igne tangas, dum Luna, uel dominus aſcendentis in ſigno fuerit, cuius eſt membrum illud.

Electio pro pharmacis, uel purgatorijs, aut laxatiuis medicaminibus sumendis.

Tempora usui medicinæ electa (præsupposito congruenti exhibitionis tempore ueris, uel autũni magis quàm æstatis, & hyemis, exclusis etiam frigidissimis, calidissimisq́ꝫ diebus iuxta Medicorum normam, ut ante canis utriusq́ꝫ exortum, uel per dies aliquot postea, siue etiã circa ipsius matutinũ occubitum, quando moleste sunt purgationes, & medicamentorum usus) in primis iuxta Astrologorũ normam per motum Lunæ in signis maxime aquaticis exploranda sunt, uidelicet Cancro, Scorpio, & Piscibus, adhibitis planetarum radiationibus uirtutem corporis expulsiuam principaliter corroborantibus, ut hic infra, uidelicet.

☽ per cancrũ in aspectu trino, uel sextili decurrente cum	Venere confortatur uirtus expulsiua pro cholera euacuanda. Sole aut Marte adiuuatur expulsiua uirtus pro phlegmate euacuando. Ioue adiuuatur expulsiua pro melancholia purganda.	cũ electuario.
☽ in Scorpione in trino uel sextili cum	Venere cõfortatur expulsiua pro cholera euacuanda. Sole aut Marte adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando. Ioue expulsiua pro melancholia purganda.	cum potione.
☽ in signo piscium in trino, aut sextili cum	Venere confortatur solutiua uirtus pro cholera euacuanda. Sole aut Marte adiuuatur expulsiua pro phlegmate euacuando. Ioue iuuatur expulsiua pro melancholia purganda.	cum pilulis.

Luna etenim in prædictis signis (uel ubi aliquod saltem ex eis ascendens aspiciat) ac etiam in ultima meditate Libræ, & Aquario existens (minus tamen) expulsiuam adiuuat, quando scilicet Solis, Martis aut Veneris felicibus radijs illustratur, quæ si fuerit cursu uacua in signis ipsis, mediocriter aget, fortius tamen planetis præmissis in forti ex cœlestibus domicilio collocatis, uel eisdem electionis horæ dominantibus, ac signa in quibus dignitatem habent peragrantibus.

Cauendum est tamen præcipue ne Luna ruminantia signa decurrat. quæ sunt Aries, Taurus, & Capricornus. Nec sit ascendens Leo neue Luna applicet, aut per corpus, aut per aspectum planetæ retrogrado, quia infirmus facile medicinam euomet, aut alias læsiones incurret.

Fuge aspectum Lunæ ad ambo infortunia Saturni maxime, etiam △ uel ✱ (ni secus natiuitati præfuerint) coniunctionem uero amborum □ uel ☍ penitus abhorrebis, simile planetarum dominium in horis diei (ni radicitus influerent) euitando.

Cauendum est etiam ne Iouis stella Lunæ corporaliter iungatur, quia iuxta sapientum dicta, naturam hominis fortificando, medicinæ operationem, & effectum prohibet.

Electio medicaminis per signa cœli in membris humani corporis. Et est commune etiam & generale ad prædicta.

Sicut se habent planetæ in humoribus nostri corporis euacuandis, quorum fortitudo euitanda est in humore sibi simili, ut cholera Mars quæ per Venerem euacuatur, & in melancholia Saturnus, quæ per Iouis influentiam calidi, & humidi euanescit, econtra de signis quibuslibet humani corporis dominantibus contrarium obseruatur. Nam si infirmitas in capite fuerit, Aries, qui respicit caput, in prima domo liber ab infortunis, uel Luna in eodem signo aptetur (quod tamen per pharmaci, uel unctionis modum, non chirurgice cum ferro, uel igne dictum intelligas) similiter Mars dominus signi eiusdem fortunetur. Inquit insuper Messahala. Aspice in quo loco corporis sit infirmitas, & si fuerit in capite, gula, humeris, brachijs, aut manibus, incipies operari Luna existente in Ariete, Tauro, uel Geminis, quæ est pars superior corporis, & si fuerit in pectore, dorso, uel uentre uel umbilico, cura eam cum luna fuerit in Cancro, Leone, seu Virgine, quæ est pars in medio corporis, & sic de alijs partibus corporis. Quod si infirmitas erit in toto corpore, pone horoscopum signum Libræ, quod sit fortunatū sine infectione malorum, & similiter dominus eius uidelicet Venus. Sed si curare uolueris antiquam ægritudinem, fac quod Luna sit in Tauro, uel in eiusdem triplicitate. In recentibus autem morbis, eligatur Cancer, Scorpio, & Pisces præsertim. Adhuc omnis ægritudo, quæ fuerit à capite usq; ad pectinē curatur Luna uertente ab angulo terræ usq; ad medium cœli. Sed si fuerit à pectine usq; ad pedes, curam hanc elige Luna existente à medio cœli usq; ad angulum terræ. In omnibus istis sit Luna aucta numero (si fieri potest iunctaq; fortunis. Vel saltem Iouem pone in sexta.

Cauendū est in omni cura ne Luna sit in oppositione domini sextæ uel octauę, etiā si fuerit fortuna, quod si fuerit in eiusdē sextili, uel trino, non uitiat. similiter octauæ dn̄s ab angulis penitus. & significatorū aspectibus rejcia tur. Caue etiā in omni morbo, ne Luna sit in horoscopo, nec etiā domici=

lium quartum uel octauum possideat.

Item si splen purgare uolueris, uideas ne Saturnus in cœlo fortis sit, sed purgabis hora Iouis, hunc ipsum fortunando, & fortificando in hora electionis proponendæ.

Similiter Hepar ne purgabis hora Iouis, ipso fortificato in cœlo, sed sub dominio Saturni.

Cor etiam, ne purgabis hora Solis laxatiuo, uel purgatiuo medicamine, dare autem cordialem, uel confortatiuam bonum est cum Sol fuerit in decima, uel horoscopo, maxime ascendente signo Leonis.

Pulmonem in hora Mercurij, Fel & Renes hora Martis, testiculos hora Veneris, demum cerebrum ipsum horæ Lunæ nequaquam purgabis, sed sub dominio contrariorum planetarum in qualitatibus euacuabis, ascendente tamen signo membro illi symbolum, uel uirtutem influente, uel Luna fortunata signum ipsum possidente.

Si uolueris uirtutes reliquas humani corporis (absoluta expulsiua) adiuuare, ueluti attractiuam, quæ per Solem uiget in caliditate, & siccitate, Fiat hoc Luna existente in signo igneo, ut ♈ & ♐ excepto ♌.

Si digestiuam, quam ♃ gubernat, in signis aereis ♊ ♎ ♒ accipiendo solummodo primam Libræ medietatem.

Si retentiuam quam ♄ gubernat, Luna sit in ♉ aut ♍.

Quod si Lunam in talibus signis expectare non potes, signum pone in horoscopo ex prædictis, uirtuti illi, quam corroborare desideras, opportunum, similem huic quoque planetā ex pdictis in forti cœli loco collocando.

In electione itinerum per terram non pertinentium ad bella.

Conuenit unicuique homini ne incipiat iter proficuū sibi, nisi secundum natiuitatem, & secundum reuolutionem anni sui, uel secundum ascendens quæstionis suæ, si non habuerit horam natiuitatis suæ, licet alias electio bona, & laudabilis non noceat sibi. Et secundum hoc apta Lunam, & ascendens, tertium quoque signum radicis illius, & eorum omnium dominos. Et si iter fuerit ad regem, pone decimam natiuitatis ascendens & si fuerit pro mercantia, pone secundam radicis ascendens hora exitus sui ad iter faciendum. Et sic de singulis. Aliter si fuerit iter tuum per terram, pone signum terreum mobile uel commune in horoscopo, dum non poteris iter tuum differre, ad minus fortunando Lunam, & dominum horæ, & pone eandem in. 10. uel. 5. Et sit crescens lumine, & numero, & ab infortunis libera aspiciens ascendens, uel dominum eius. Et caue ne sit Luna in domo prima, secunda, quarta, sexta, nec in duodecima.

Item Mercurius sit euasus à combustione, & ab infortunis liber maxime in itineribus prouendendo uel emendo merces.

Item dominus ascendentis non sit combustus, nec retrogradus, nec in-

fortunatus, sed in bono figuræ loco. Et sic in ascendente fortuna uel in aliquo angulorum.

Item caue à coniunctione malorum □ & ☍ ad Lunam, quia plus eidem nocumenti afferunt quàm si ascendens aspiciant, quia Luna proprie significationem habet super omne rei cuiusq; initium, maxime in itineribus.

Nec malum tamen tam facit Saturnus itinerantibus per terram, quàm qui per aquam ambulant, nec Mars per aquam quantũ per terram, quin Saturnus fortunatus ex laudabili aspectu ad Lunam itinerantibus per terram proficit, sicuti nec Mars per aquam damnificat.

Differendum est iter, quàm diu Luna fuerit in ultima, uel etiam in secunda facie Libræ.

Luna in signo bono, uel mediocri coniuncta Ioui, uel Veneri per corpus, uel per △ aut ⚹ melius est quàm possit esse.

Aliter fac eam cadere ab ascendente (dum infortunata fuerit) ascendens uero & dominum ipsius, dominum horæ, ac planetam significantem rem illam, pro qua uadit uiator, præ omnibus fortunandos elige.

Et scias quòd ascendens est significator loci, à quo seperatur, qui facit iter. Et septima est significatrix terræ, ad quam uadit decima uiæ, uel itineris. Et quarta significatrix est itineris in reditu ad domũ. unde quis istorũ locorũ melioratus fuerit bonitatẽ significat secũdum significationem sui ipsius. Et quis eorũ damnatus fuerit, damnum in suo significato indicat.

In itineribus particularibus & primo ad regem.

SI uolueris ire ad regem, uel ducem, aut principem, iungatur Luna Soli, uel saltem dño decimæ de trino, uel sextili aspectu, & si fuerit cũ receptione, melius erit, sitq; Sol in bono loco. s. in primo, uel decimo, uel undecimo, quod si fuerit cadens, nullũ habebis bonum. Et si fuerit in septima uel quinta, uel in quarta, significat modicũ boni, uel cũ magno, & lõgo labore.

Caue in hoc ne ponas Lunam in Aquario, uel in signo Piscium. Aliàs cum rege moraturus, qualecunq; conueniens ascendens elegeris, pone Iouem in eo, & fac eum iungi cum dño decimæ ex trino, uel sextili aspectu, uel etiã ex quarto cum receptione, uel saltem pone Iouem in nona, qui utrolibet sit saluus, & liber ab infortunis. Et uitabis eum ponere in quarta domo. Et aspiciat ipsum Luna de decimo, si fuerit Iuppiter in primo, uel de septimo, si idem fuerit in nono. nec sint tamen in sexto, uel duodecimo ab inuicem signo. Et si non poteris hoc facere, testificetur Venus Ioui de primo, septimo, decimo, uel quarto, cum receptione, uel sine, uel à sexto, uel tertio cum receptione. Caue à ♄ & ♂ ne sint in aliquo angulorum, & ne Luna sit impedita à malis, uel à combustione, uel cum cauda draconis.

Quòd si iter fuerit ad Antistites, religiosos, nobiles, iudices, uel legũ doctores, pone Lunã iunctã Ioui ꝑ corpus, uel per aspectum △ uel ⚹ uel saltem per □ cũ receptiõe ex aliquo angulorũ uel alio bono loco ab Ascẽdente.

Et si uolueris ad alias personas iter arripere. pro senibus, ignobilibus, uel austeris hominibus elige Saturnum. pro præpositis armorũ Martem, cauendo ab ipsorũ coniunctione, uel □ aut ☍ ad Lunam. Et si sint in succedentibus angulorum liberi ab infortunijs. Et planeta cui primũ iungitur Luna sit saluus ab omni impedimento. quia quando planeta cui applicat Luna, uel qui aspicit ascendens (maxime si fuerit dominus septimæ) infortunatus, retrogradus, uel tardi motus fuerit, significat duritiam, & pœnã ex itinere. Pro muliere autem apta Venerem, quæ masculinum signum cũ applicatione ipsius ad Lunam possideat. Prædictis quoq; modis omnibus pro scriptoribus, & mercatoribus, aut sapientibus uiris applices Lunam Mercurio.

In itineribus per aquam.

Scito quod radices itinerum per aquam iuxta Abenragelem sunt quinque. quarũ prima est Ascendẽs, sub quo incepta fuit nauis illa. Secunda hora qua emitur nauis. Tertia est hora, qua ponitur in aquam. & ista est fortis radix. Quarta hora qua intrat homo nauim. Quinta radix multum fortis est, quando mouetur nauis in itinere primum. Et hæ omnes radices obseruandæ sunt. Maxime autẽ ne moueatur à littore nauis illa in hora Saturni: Et ne Luna Scorpij signum decurrat, & præcipue etiam à præmissis Lunæ impedimentis, & alijs de quibus supra præcauendum erit.

Electio in his quæ opere alchimico, uel alias per alembicum, & ignem fiunt.

Aspice in hoc ut sit Luna in signis communibus, salua ab infortunis, & ascẽdens similiter sit signum cõmune, & eius dominus liber sit ab omnibus impedimentis. Et apta, & conforta planetã significantem materiam illam, quam operari uolueris, sub dominio etiã horæ ipsius, ut Saturnum pro plumbo, & horam Saturni, Solem pro auro, & horam ipsius, Lunam pro argento. & sic de singulis.

Electio in plantandis arboribus.

PLantaturus arbores, uel uineas, elige pro ascendente signa fixa potissime autem Lunã Taurum cũ Venere decurrentem, uel ab eadem aspectu aliquo affectam. Et si non poteris habere Lunam in Tauro pone eam in Aquario Et si non in Aquario, in Leone, dũmodo in hoc ab aliquo planeta de signo aquatico ex aspectu aliquo aspiciatur. demum post Leonem in signo Piscium, uel Virginis Lunam ipsam statuas. sed omnibus alijs præferẽdus est Taurus, postea Aquarius, & sic de reliquis ut supra. Saturni sydus in prima sit directus, uel undecima, quinta uel secunda in aliqua dignitatũ ipsius. Et si non poteris eum ponere in prima domo, pone ibi Iouem aspicientem Saturnum uel ubicunq; fuerit Iuppiter, fac eum aspicere Saturnum aspectu amicitiæ, & sit ille

in loco, in quo habeat potestatem aliquam. Et si neuter illorum poterit poni in primo, pone ibi Lunam, uel pone eam in decima, uel undecima, uel saltem in quinta, uel tertia. Et nunquam ponas eam impeditam in plantationibus, uel seminationibus. Et quod modo dictum fuit de signis fixis cum reliquis, id etiam de ascendenti hora plantationis, uel foueæ ipsius excauatione accõmodandum curabis. Item dominum domus Lunæ, partẽ fortunæ, & domũ exaltationis ascendentis signi, magis quam dominum domus, si potes, fortificare non obliuiscaris. Et caue ne des Marti partem aliquam in prædictis, neq; in seminũ iactu, & fac Lunam cadere ab eodem. Item optimum erit, si dominus domus Lunæ aspiciat eam ex signo aquatico. Et si non fuerit ascendens signum fixum, sint dominus ascendentis, & Luna orientales, & ascendentes ad augem suam, uel saltem alter eorum: quia cito crescet arbor illa. Si uero fuerint ascendentes ad longitudinem longiorem, & non fuerint orientales, licet cito crescet, sero tamen fructificabit. Quòd si econtra planetis eidem acciderit, utrumlibet scilicet uel alterum eorum, contrario modo eueniet. Et si prædicta singula adaptare non poteris, nec signa fixa significatoribus exhibere, signa communia adhibe, Lunam ad minus in Tauro, uel in ultima parte Sagittarij cũ Ioue, præterquam in opposito eiusdem, liberam, & non impeditam in bono ac forte thematis si tu collocabis. quod nec minus hoc in Ioue, uel etiã parte fortunæ (si potes) obseruari cõsulitur.

Horam eligere in seminum iactu, quæ eodem anno, uel sequenti fructificare intendimus.

PRæ omnibus Ascendens sit mobile, uel commune signum ad minus, & dominus ascendentis, & Luna similiter in signo mobili, uel communi, terreo, uel sementum, quæ si fuerit in Ariete, oportet eandem aspici à planeta Ioue maxime, uel Venere signum aquaticum possidente. Cancer ex prædictis, Capricornus, & Virgo probatur, ac etiam ultima medietas Sagittarij, & Pisces etiam laudantur. Sit tamen Luna aucta lumine & numero, quia aliter minuetur illud semen. Et sit libera à malis, & dominus ascendentis similiter, & dominus domus eius. Vltimo si non potes adaptare omnia, pone Lunam in Virgine liberam ab omni impedimento. Et aptasti horam seminandi.

Scias etiam quòd ex signis fixis, Taurus laudatur, sed rarificat semen. Vnde oportet quòd proijciatur plus de semine, quàm consuetum sit.

In acquirendo amore, & amicitia.

QValecunq; sit ascendentis signũ ex fixis, uel cõmunibus saltem, idipsum fortunabis ex laudabili aspectu domini sui, qui sit receptus à domino undecimæ, uel ipse ascendentis dominus in undecima

reperiatur, Veneremq́ꝫ aspiciat, & similiter undecimæ dominus Veneri iungatur. Pone Lunam mundam, & liberam 'a malis & iunctā planetæ significanti personam illam, ut Saturno pro senibus, Ioui pro religiosis, Marti pro militibus, Soli pro regibus, & magnatibus, Veneri pro mulieribus, & Mercurio pro mercatoribus, & scribanis (ut prædiximus in capitulo de itineribus particularibus.) Et ambo similiter sint salui & liberi, & in bono loco constituti. Sitqꝫ Luna in undecima pro amico acquirendo, uel iuncta domino undecimæ, uel Ioui, aut Veneri cum receptione, uel saltem in domibus, exaltationibus, aut duabus saltem ex minoribus dignitatibus, libera, fortis, & aucta lumine, & numero, aspiciens saltem dominum domus in qua fuerit. Si uero amicitiam petieris, ut in re aliqua lucreris, pone Lunā in domo significante rem illā, ut in octaua pro hęreditate, in sexta pro animalibus paruis, in duodecima pro maioribus, fortem scilicet, & receptam 'a domino domus, uel exaltationis signi in quo fuerit, qui nō sit diuersus, uel contrarius rei ipsi quam quęris. Similiter pars fortunæ in ipsamet domo cum Luna reperiatur, nec sit Mercurius impeditus, uel mali esse (nisi forte receptus fuerit) nam tunc petitionem cum difficultate tamen & duritia adimplebit. [illegible]

Tabula reuolutionum annorum mundi, ciuitatum, edificiorum [illegible]

[illegible]	[illegible]	2	3a	4ta	Canon tabulæ pn̄tis.		21	8	11	39	12
5	49	15	43	42	[illegible]	17	2	57	27	22	54
11	38	31	27	24	[illegible]	18	8	46	43	6	36
17	27	47	11	6	[illegible]	19	14	35	58	50	18
23	17	2	54	48	[illegible]	20	20	25	14	39	0
5	6	18	38	30	[illegible]	40	16	50	29	8	0
10	55	34	22	12	[illegible]	60	13	15	43	42	0
16	44	50	5	54	[illegible]	80	9	40	58	16	0
22	34	5	49	36	[illegible]	100	6	6	12	50	0
4	23	21	33	18	[illegible]	200	12	12	25	40	0
10	12	37	17	0	[illegible]	300	18	18	38	30	0
16	1	53	0	42	[illegible]	400	0	24	51	20	0
21	51	8	44	24	Si eadem tabulam corrigere uolueris. [illegible]	500	6	31	4	10	0
3	40	24	28	6	[illegible]	600	6	31	4	10	0
9	29	40	11	48	[illegible]	700	18	43	29	50	0
15	18	55	55	30	[illegible] 20 40 200 300 [illegible]	800	0	49	42	40	0

·21·8·11·39·12·

Per regula de tri reuolucionum facies eo pacto. [illegible]

Canon breuissimus faciendæ reuolucionis per astrolabium in hunc modum. [illegible]

TRACTATVS DE REVOLVTIonibus mundi, atq; natiuitatum.

Reuolutionem annorum mundi, uidelicet Introitum Solis in primum Arietis, uel etiam in quodcunq; aliud Zodiaci punctum, utputa natiuitatum, uel ædificiorum inuenire.

De reuolutione annorum

HAbita hic radice uernalis æquinoctij anno domini. 1500. diebus æquatis à meridie urbis Venetæ horis, & minutis horarum assumptis, facilis admodum erit in subsequentibus negocij huiusce agnitio. Anno nanq; quarto bisextili supra millesimū quingentesimum ab horis radicis detrahe minuta. 42. secunda. 56. anno itidem subsequenti octauo. s. horam. 1. minuta. 25. secunda. 52. Et sic de singulis bisextilibus annis usq; ad centenarium numerum horas, & minuta deducas ab horis radicis præmissæ, quemadmodum è regione ipsorum hic propius annotatum inuenies. Sicq; uoti compos fies. Quod si modo supra. 1600. annum operatio tua extendatur, uel ultra etiam, quibuslibet centenis annis dies, hor. & minuta subtrahe, quod è regione ipsorum describūtur, denuo pro quibuslibet bisextilibus annis ad caput tabulæ redeundo. Verum si anno proxime bisextilem subsequenti hunc ipsum Solis ingressum in primum Arietis gradū adæquatum habere disyderas, facta prius diminutione prædicta in annis bisextilibus horis ipsis horas 5. mi. 49. secunda. 16. superaddas. Secundo ab hoc anno hor. 11. mi. 38. secunda. 32. Tertio quoq; post intercalarem annum horas. 17. mi. 27. secunda 48. (ut in tabula) adiicias. Et hoc pro futuris modo temporibus, nam pro præteritis, contrario modo operandum admonemus Tunc nanq; quod in tabula addendum, minuatur, econuerso, quod minuendum, fuerat addadatur.

anni	di	H	m	2	
1500	10	6	54	57	Rz
1	0	5	49	16	Ad
2	0	11	38	32	Ad
3	0	17	27	48	Ad
4	0	0	42	56	Mi.
8	0	1	25	52	Mi.
12	0	2	8	48	Mi.
16	0	2	51	44	Mi.
20	0	3	34	40	Mi.
24	0	4	17	36	Mi.
28	0	5	0	33	Mi.
32	0	5	43	29	Mi.
36	0	6	26	25	Mi.
40	0	7	9	21	Mi.
44	0	7	52	27	Mi.
48	0	8	35	13	Mi.
52	0	9	18	9	Mi.
56	0	10	1	5	Mi.
60	0	10	44	1	Mi.
64	0	11	26	57	Mi.
68	0	12	9	53	Mi.
72	0	12	52	49	Mi.
76	0	13	35	46	Mi.
80	0	14	18	42	Mi.
84	0	15	1	38	Mi.
88	0	15	44	34	Mi.
92	0	16	27	30	Mi.
96	0	17	10	26	Mi.
100	0	17	53	22	Mi.
200	1	11	46	44	Mi.
300	2	5	40	6	Mi.
400	2	23	33	28	Mi.
500	3	17	26	50	Mi.
600	4	11	20	12	Mi.
700	5	5	13	35	Mi.
800	5	23	6	57	Mi.
900	6	17	0	19	Mi.
1000	7	10	53	41	Mi.

Habita uero aliunde natiuitatis, uel ædificii alicuius radice extra annum prædictum. 1500. siue antea, siue postea, tunc per annorũ numerum, qui sunt inter reuolutionis, ac primordij ipsius terminũ operãdum est. Sic itaq; prius subducto anno radicis ab anno reuolutionis propositæ, si deductus annorũ numerus quaternarium quemcũq; compleuerit, utputa. 4. 8. 12. 16. 20. & cætera, cum ipsomet tabulam præmissam ingredere, quodq; è regione ipsius dextrorsum notatum inuenies, ab horis, & minutis radicis deme. Et sic reuolutionem anni illius primo adæquatam habebis, dum. s. per quaternos annos singulos à radice ad conuersionis annuæ tempus intererit. Si autem supra quaternarium numerum unitas, uel duo, aut tres supererint, tunc post prædictam æquationem, horis sic habitis horas, & minuta adijcito, quas numero eidem super quaternarium excrescenti in tabula ascriptas inueneris. Quæ cum ex additione ipsa. 24. numerũ expleuerint, radicis diebus diem unũ aggrega, quem interim bisextili interueniente utiq; detrahendũ admonemus, siue ex horis p̃missis, siue ex intercalari die tantũ annus ille excrescat, quẽ tamen reuolutionis annuæ diem propius, & cõmodius, ex Ephemeri ipsa, atq; hic temporis propositi horam, & horarum minutia elities. Quæ singula hic exemplo magis, quam uerbo innotescent. Habeo primum introitum ☉ ut supra, in ♈ horis. 6. Mi. 54. 2̄. 57. post meridiem anno domini. 1500. Modo hunc ipsum anno. 1540. exploraturus, ab horis eisdem, & minutis horas. 7. mi. 9. 2̄. 21. demo, quæ è regione annorum. 40. tabulæ ascripta inuenio. Ex quo dies. 9. horæ. 23. mi. 45. 2̄. 36. remanent. tempus. s. ingressus ☉ in ♈ anno domini 1540. Quibus modo horas. 5. mi. 49. 2̄. 16. e directo anni unius tabulæ prædictæ descriptas iniungendo, dies erunt. 10. Martij hor. 5. mi. 34. 2̄. 52. temporis, uidelicet introitus ☉ in ♈ anno primo post bisextilem. s. 1541. Quod non minus de secundo, ac tertio communi anno quolibet fiet, dum prioris bisextilis anni horis præhabitis horas annis ipsis duobus, uel tribus correspondentes adauxeris. Pro reuolutionibus uero aliis citra primum Arietis □ punctum, ueluti natiuitatum, ædificiorum, uel rei alterius initium, atq; radicem habentibus in exemplum diem, & horam natalis mei cape. quod fuit anno domini labente. 1494. horis. 16. mi. 55. post meridiem. 27. Iunij, Veronæ. s. cuiusmodi annuam Solis reuersionem ad annum uertentem. 1540. libeat explorare. Anno igitur natalitij ab hoc surrepto. 46. exacti remanent, quorũ minor, ac proximior quaternarius numerus. 44. exhibetur duobus superinde extãtibus. Ab horis igitur radicis propositæ horas. 7. mi. 52. 2̄. 17. demo, quæ è regione annorum. 44. in tabula præmissa describuntur. Sicq; horas. 9. mi. 2.. 2̄. 43. residuo. Verum annis duobus supra quaternarios, uidelicet. 44. extantibus, ideo horas. 11. mi. 38. 2̄. 32. binario numero in tabula eadem descriptas addo. Ex quo horę fiunt. 20. mi. 41.

2.15. reuolutionis natiuitatis meæ Christi anno fluente. 1540 uidelicet post. 26. Iunij diem completũ, amoto die uno ob intercalarem diem Februario præcedenti adiunctum.

Scias tamen quòd modus iste operationi tuæ ad unguem satisfaciet, dum Sol per alteram longitudinem mediarum, uel prope (ut nunc Arietis caput perlustrando) feratur. Quãobrem ob eiusdem longitudinis remotionem à prædicto zodiaci puncto, non longe per annos multos expectanda, uelut etiã à quolibet alio signiferi loco, natiuitatis, uel rei alterius sumpta radice, ob assiduã Solis augis decursionem infrascriptæ tabulæ æquationis Solis adhibenda est ratio, quæ per annos plurimos non minus, ac celerius quàm Alphonsi tabulę proposito nostro inseruiet. Adhibita ergo reuolutioni cuilibet horarum, ac minutorũ temporis æquatione præmissa, cum uero loco Solis tabulam infrascriptam pro re hac ingredere, & quæ reperies secunda horarũ in angulo cõmuni signis, & gradibus zodiaci annotata, ea ipsa per numerum adaugẽ annorũ, qui inter radicis, atq; reuolutionis diem fluxere, productumq; per. 60. impartire, atq; minuta eadem horarum, quæ in quotiente exhibueris, cũ reliquo (si quid fuerit) minutijs, & secundis horarum per priorem modum adæquatis adhibe, uel ab eisdem minue, quemadmodum in superiori tabulæ parte sub quolibet zodiaci signo per notã Ad. uel Mi. notatũ apparet. Sic nanq; uerũ ac certum emerget reuolutionis cuiuslibet tempus non minus quàm per Alphonsi tabulas, hic ultimo adæquatũ. Quod sic exemplariter patet. quum nanq; in tabula hac nostra secunda. 28. cum dimidio gradui. 14. mi. 30. ♋. correspondeant (qui fuit uerus Solis locus tempore natiuitatis propositæ) Idcirco annis. 46. à natalitij die ad annum. 1540. proxime decursis, secũdum unum horæ æquationi prædictæ addo ex causa. s. inferius exponenda, & sic secunda fuerit 29. cum dimidio, quæ per annorũ numerum. 46. decursorum producta, Minuta faciunt. 22. 2. 37. Quæ quoniam tituli præscriptio æquationis eiusdem sub ♋ secunda eadem minuenda denotat, Ideo minutis hisce. 22. 2. 37. ab horis. 20. mi. 41. 2. 15. deductis, quas pro horis primo adæquatis reuolutionis prædictæ exhibui, horæ sic remanent. 20. mi. 18. 2. 38. Tempus. s. uerissimum annuæ conuersionis natiuitatis meæ anno prædicto 1540. secundo & ultimo adæquatum, ad quod inquam, Ascendens, ac cæteræ domus, ex more erigi præcipiuntur.

Habito insuper introitu Solis in primũ æquinoctij punctum diebus Martij adæquatis, pro eiusdem ingressu in capite ♋ diebus totidem Iunij, quot Martij habuisti horisq; eisdem & minutijs quibus Arietem intrauit, diem unum, horas. 10. mi. 56. 2. 20. superaddas. Pro ♎ Septembri pari modo dies tres, horas. 0. mi. 42. 2. 8. Pro Solstitio autem hyemali diebus, & horis Decembris, quot Martij habuisti: diem unum, horas. 4. mi. 42. 2. 48. Simi-

liter adiunges, quemadmodum hic propria, atq; exemplari tabella anno hoc inſtanti. 1540. accommodata intuenti concernere licet. Dies nanq; 93. hor. 10. mi. 56. 2̄. 20. ab æquinoctio uerno ad ſolſtitium æſtiuum. Item dies. 187. hor. 0. mi. 42. 2̄. 8. ad alterum autumnale æquinoctium, ac dies denique. 276. horis. 4. mi. 42. 2̄. 48. ad imum, ac hyemale ſolſtitium noſtra hac tempeſtate interſunt. Quæ quoniam ab anno ad alium uariabilitet diuerſificari uidentur atq; ideo qui æqualia hæc temporis ſpatia cōſtituūt (ut in tabulis Almanach ꝑpetui, atq; Alphonſi tabulis adiectis) non minus quàm inſtabili, atq; immobili annua Solari quātitate haud immerito à pluribus mathematicæ non ignaris arguūtur. Cū ſingula hæc temporū interſtitia diſparem licet, continuam tamen inæqualitatem ſentiant. Ideo pro ingreſſu Solis in ♋ poſt annum. 1540. à tempore ipſo, quod hic tabulæ aſcribitur, uidelicet diebus. 1. hor. 10. mi. 56. 2̄. 20. pro anno quolibet futuro ſecunda. 30. temporis. deme. Pro ♎ etiam ſecundum unum detrahe. Pro ♑ autem ſecunda. 32. Adde, horis. ſ. ipſis præcedentis anni, quibus Sol ſignum idipſum ingreditur quemadmodum in tabula hac propria reuerſionis cuiuslibet annuæ addendum, uel minuendum concernitur, atq; ſuperius in exemplari reuolutionis calculo patet, æquatione ipſa per annos quoslibet ſingulariter producta. Quæ tamen annis quibuslibet. 40. moderatione aliqua indiget, quā ſupra exemplariter ꝑtælibauimus, uidelicet per trigeſimam æquationem ipſius additionem, uel ſubtractionem de gradu in gradum, & de ſigno in ſignum, proportionaliter. pro futuris modo temporibus minuenda, ac pro præteritis augenda. quod hic ex noſtra, & Blanchini tabula coniicere poteris. Qua in re ueluti in præmiſſa æquinoctij ſede Alphonſi ipſius normam, non autem Stoefleri formulam in nouo eiuſdem Romano Calendario examuſſim ſubſecuti fuimus. Quod alij ſecus tamen effecere, per minuta. 20 uel circiter æquinoctia quælibet, nec minus cœleſtes quosq; motus per tantundem temporis ſpatium (ut in prologo noſtro) anticipantes.

Radix 1540.					
ſig.	Dies	Ho.	Mi.	2̄	Menſis
♈	9 1	23 10	45 56	36 20	Mar. Adde
♋	11	10	41	56	Iunij
	9 3	23 0	45 42	36 8	Mar. Adde
♎	13	0	27	44	Sept.
	9 1	23 4	45 42	36 48	Mar. Adde
♑	11	4	28	24	Dece.

Tabula æquationis ☉ pro annuis reuersionibus ad annos M. D. XL. rectificata.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	Mi.	Mi.	Mi.	Mi.	Mi.	Mi.	Mi.	Adde	Adde	Adde	Adde	Adde
G	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$	$\bar{2}$
1	0	15	25	30	25	15	1	16	28	32	28	16
2	0	15	25	30	25	15	0	16	28	32	28	16
3	1	16	26	29	25	14	Adde	16	28	32	27	15
4	2	16	26	29	24	14	1	17	28	32	27	15
5	2	17	26	29	24	13	1	17	28	32	26	14
6	3	17	26	29	24	13	2	18	28	31	26	14
7	3	18	26	29	23	12	3	18	28	31	26	13
8	4	18	27	29	23	12	4	19	28	31	25	13
9	4	19	27	29	23	11	4	19	28	31	25	12
10	5	19	27	29	22	11	5	20	28	31	24	12
11	5	19	27	29	22	10	5	20	29	31	24	11
12	6	20	28	29	22	10	6	20	29	31	24	10
13	6	20	28	29	22	9	6	21	29	31	23	10
14	6	20	28	29	22	9	6	21	29	30	23	9
15	7	21	28	28	21	8	7	21	30	30	22	8
16	7	21	28	28	21	8	7	22	30	30	22	8
17	8	21	28	28	21	7	7	22	30	30	21	7
18	8	22	28	28	20	7	8	23	30	29	21	7
19	9	22	28	28	20	6	8	23	31	29	21	6
20	9	22	29	28	20	6	9	23	31	29	20	6
21	10	22	29	27	19	6	10	24	31	29	20	5
22	10	22	29	27	19	5	11	24	31	28	20	5
23	11	23	29	27	19	5	12	24	31	28	20	4
24	11	23	29	26	18	4	12	24	31	28	19	4
25	11	23	29	26	18	4	13	25	31	28	19	4
26	12	23	29	26	18	3	13	25	31	28	18	3
27	12	24	29	26	17	3	14	26	32	28	18	3
28	13	24	29	26	17	2	14	26	32	28	17	2
29	13	24	29	25	16	2	15	27	32	28	17	1
30	14	25	29	25	16	1	15	27	32	28	16	1

Dominum anni secundum Bonatum ex figura introitus Solis in Arietem reperire.

Considera primum quis planetarũ sit dominus ascendentis. qui si fuerit tribus gradibus ante lineam anguli ipsius, uel quatuor postea, ipse erit dominus anni, & significator esse uulgi, dum tamen non sit retrogradus, aut combustus. qui si sic fuerit, quærendus est exaltationis signi eiusdem dominus. qui si ita male dispositus fuerit, uel alibi, quàm prædiximus, situatus, & sic non poterit esse dominus anni illius, tunc si reuolutio diurna fuerit, quærendum est dominium à Sole, uel à Luna, si fuerit in nocte, quoniã luminare cuius fuerit autoritas, si habuerit aliquam dignitatem in ascendente, & fuerit in aliquo angulorũ, erit dominus anni. Quòd si iterum luminare illud non poterit esse dominus anni, quære tunc dominatorem à domino termini ascendentis signi, deinde à domino triplicitatis, demum à domino saltem faciei. Quòd si non poteris habere significatorẽ ab ascendente, uel à luminari temporis, tunc secundo quære dominatorem anni à decima per modum iam dictum. qui si ita (ut prædiximus) dispositus fuerit, uel saltem decimæ gradum (ut supra) quocũq; aspectu, præterquàm opposito, aspexerit, ipse tam super regem (qui decimæ dominus fuerit) quàm super uulgum, ac populum significationem habebit. qui si non potuerit pro significatore haberi, tertio dominium quære à domino septimæ, quarto à domino quartæ domus, quinto à domino undecimæ, sexto à domino nonæ, septimo à domino quintæ, octauo à domino tertiæ, incipiendo semper à domino domus, deinde à domino exaltationis, postmodum à luminari cuius fuerit autoritas, deinde à domino termini, demum à domino triplicitatis, uel saltem à domino faciei. Et si aliquis ex prædictis planetis aspexerit aliquam ex domibus nominatis, maximè à trino uel bisextili aspectu duobus gradibus antea uel tribus postea, dum habuerit ibi aliquam dignitatem, ipse erit dominus anni, postquam per alia prædicta non inueneris alium. Et si fuerit ascendens similiter domus, uel exaltatio alicuius luminaris, & ipsum aspexerit ascendens prædicto modo, uel saltem fuerit in secũdo ab ascendente, maxime Sol in die, & Luna in nocte, ipse erit dominus anni. Item aspice dominum ascendentis, aut exaltationis. quòd si luminare cuius fuerit autoritas, fuerit in domo alterius illorum, & aspexerit eum à trino, uel sextili, nec fuerit cadens ab ascendente, sed fuerit in bono ac forti loco, ipse erit dominus anni. Et si nullus planetarum fuerit sic dispositus, considera quis eorum fuerit fortior, & maiora testimonia habuerit in figura illa, uidelicet in locis prædictis, & da illi dominium super alios, faciendo almutem ipsum, ac dominium diei, & horæ in significationibus participes. Et per illos iudica principaliter statum mundi, uel nati, uel al-

terius rei, sicut etiam per diuisorem.i.dominum termini ad quam peruenit diuisio, uel directio, & per dominũ similiter radiorũ diuisionis participem.s. uel receptorem, ac dominũ signi profectionis. Quòd si ascẽdens reuolutionis anni fuerit signum fixum, pro anno integro sufficit. Si commune, figuram aliam dirige, cum Sol libram ingreditur. Sin mobile fuerit, situs cœli uariandus erit, dum Sol signa tropica quælibet iniit.

Sequuntur chronocatores, siue temporales dominatores in reuolutionibus natiuitatũ. Et primo de domino anni ex parte applicationis signi, & domino radiorum.

IN profectione annua unicuiq; anno solari signum unum deputatur. Vt si quis habuerit Arietis signum cum gradibus. 3. in natali horoscopo, illud anno primo à natiuitate tribuatur. Secundum Taurus uidelicet, secundo. Tertiũ quod est gemini, anno tertio. Et sic de singulis usq; ad duodecim complementum. Quo annorum numero exacto, tertiodecimo ad ascendentis iterum signum, & gradum progressio eadem reuertetur. Sub sequenti denuo hoc est quartodecimo natiuitatis anno secundũ ab ascendente signum progreditur, & sic in reliquis serie hac signorum, & eodem graduum numero, qui prius in ascendente fuerat, obseruato proceditur.

Cuiusmodi rei exitum tentaturus, cũ numero anni tui inchoati post completos illicet, atq; à natiuitate exactos, hoc pacto operabere, uidelicet anno natiuitatatis, à labente, siue à proposito annorum numero Christi currentiũ subducto reliquo remanẽti scilicet unitatem adde, quo cũ tabellam hic e regione positã, similem annorum numerum exquirendo, ingredere. quem quota numerorũ linea à prima usque ad. 12. de una in unam numeratim procedendo offendes, totum ab ascendente radicis signum numeraliter computatum currenti, atq; labenti à natiuitate anno deputabis, uidelicet si in prima tabellæ, ac numerorũ linea ab uno usq; ad. 109. currens annus reperiatur, huic ascendentis signum appropriabis. Si in secunda, uidelicet à duobus usq; ad. 110. secundum ab horoscopo signũ. Si in tertia, tertiũ ab eodem ascendente signũ anno illi deputabis. Et sic de singulis. Exempli gratia, ab anno instanti. 1540. annũ natiuitatis meæ subduco, qui fuit annus cur-

1	13	25	37	49	61	73	85	97	109
2	14	26	38	50	62	74	86	98	110
3	15	27	39	51	63	75	87	99	111
4	16	28	40	52	64	76	88	100	112
5	17	29	41	53	65	77	89	101	113
6	18	30	42	54	66	78	90	102	114
7	19	31	43	55	67	79	91	103	115
8	20	32	44	56	68	80	92	104	116
9	21	33	45	57	99	81	93	105	117
10	22	34	46	58	70	82	94	106	118
11	23	35	47	59	71	83	95	107	119
12	24	36	48	60	72	84	96	108	120

rens.1494. Et sic.46.annus à natiuitate perfectus remanet. qui unitate adiecta.47.est annus die eodem Iunij.1540.inchoatus. Annum huncigitur.47.labentem undecima numerorum linea interceptum inuenio, ex quo undecimũ à ♋ ascendentis signum natiuitatis meæ, uidelicet Tauri gradum.21.(quot in ascendente genituræ Cancri fuerãt) anno huic uertenti.47.ac Venerem signi illius dominam Alcecadeni, chronocatorem, atque anni huiusce principalem dominam destituo. donec.f.& quousque progressio eadem in Geminorum signũ feratur, quod erit post dies.109. uel circiter à reuolutionis die transactos, ut hic inferius per propriã temporis, & signi cuiusque graduum tabulam, ac dicendorum normam innotescet. Nam tunc post prædictorum dierum lapsum, quoniam profectio eadem ascendentis gradus subsequenti Geminorũ signo applicabit, Mercurius signi eiusdem dominus partialem ditionis titulum suscipiet. Quòd si modo ultra.21.Tauri signum, usque ad gradus totidem Geminorum (quum gradus æque.30.in anno progrediantur) planeta aliquis, uel radij ipsius reperiantur, hisce radiorum dominus efficietur donec & quousque ad alium profectio eadem deuoluatur, qui uel si qui alii in interstitio prædictorũ graduum.30.reperiantur.iuxta graduum elongationem ab ipso profectionis signo, & gradu similem radiorum titulum pro tempore illo sortietur. Vt si planeta unus per gradus tres à profectionis signo, & gradu distet, aliusque per gradus sex ab isto. Ille prior signi dominus singulariter per dies.36.hic secundo loco per dies.73. radiorum dominus, ac prioris collega efficietur, quorum amborum dies erunt.109. (horis hic omissis) donec planeta tertius potestatem eandem pro quantitate radiorum ad alium accipiat. Hoc pacto etiam (ut præmisimus) ope præsentis tabulæ adiutus, quoto dierum numero in anno præmissum profectionale signũ, & cõsequenter dñs ipsius principaliter perduret, quoue anni tempore subsequentis signi dñm in collegam suscipiat, per gradus integros, & minuta (si qua fuerint) ab ipso profectionis gradu ad subsequentis signi initium addisces, gradus uidelicet integros in prima tabulæ linea exquirendo, diem quoque singulum pro quibuslibet minutis quinque,

g	d.	h.	m
1	12	4	12
2	24	8	23
3	36	12	35
4	48	16	46
5	60	20	58
6	73	1	10
7	85	5	21
8	97	9	33
9	109	13	45
10	121	17	56
11	133	22	8
12	146	2	19
13	158	6	31
14	170	10	42
15	182	14	54
16	194	19	6
17	206	23	17
18	219	3	29
19	231	7	40
20	243	11	52
21	255	16	4
22	267	20	15
23	280	0	27
24	292	4	38
25	304	8	50
26	316	13	2
27	328	17	13
28	340	21	25
29	353	1	37
30	365	5	49

Egregius

diebus, & horis, è regione graduũ perfectorũ acceptis iungendo. Amplius si quo dato dierum numero in anno uel mensium etiam, his omnibus in dies productis, cum eodemmet numero tabulam hanc inieris, similem uel minorem proxime dierum numerũ ibidem exquirendo, ipsorum e directo graduum numerus integrorũ offeretur, quos profectionis gradui addendo, certus profectionis annuæ locus pro tempore dato resultabit, dummodo pro die qualibet in ingressu tabulæ omisso (ni secus idem dierum numerus propositorũ tabulæ præcisus offeratur) minuta quinque gradibus præmissis addantur. Quod autem de ascendente gradu profectionis quoq;, & radiorũ domino prædiximus, ex quibus status nati, fortunia, & infortunia, quæ nato accident anno illo ex applicatione ipsorum ad benigniores, uel prauiores planetarũ radiationes illicet percipiuntur, non minus hoc de gradu decimæ pro magisterio nati, de gradu Solis pro dignitate, & honore, necnon de reliquis hilegiorum partibus pro accidentibus aliis æque fieri mandatur.

Nec ignorandum tamẽ non solum in annuis solaribus reuolutionibus hoc idem usquequaq;, quod dictum fuit, obseruari, uerumetiam in menstruis nati reuolutionibus, quas Ptolomæus Astronomorũ princeps ad menses lunares adduxit, alii uero ad menses solares. 12. referunt, quando .s. Sol ad subsequentis signi gradum deuoluitur, quem prius in radice occuparat. Ex lunaribus uero reuolutionibus menses Lunæ profectionales .s. tredecim fiunt in anno solari, quarũ quilibet dies. 28. hor. 2. mi. ferè. 18. cõtinet. Et sic mense quolibet signũ unum ab ascendente radicis, & gradu eodem profectionaliter procedit, gradui cuilibet horas. 22. cum dimidia ferè proportionaliter partiendo, hoc pacto semper quòd mense primo, & ultimo tertiodecimo .s. ascendentis signi dominus dominiũ sibi propius asciscit, secundo mense subsequentis signi dominiũ, ac tertio tertii in dominos æque & collegas partialiter assumit. Et sic de reliquis, quæ omnia Gauricus uates, necnon Ioannes Monteregiensis in tabulis luculentissime expressit. Ideo missa fecimus.

Dominum horæ in die, ac nocte, ac dominum circuli in reuolutionibus nati inuenire.

Dominum horæ ab hora prima diei, ubilibet unitas tabulę ascribitur, ab una usque ad .24. procedendo adisces, hoc pacto subsequentem noctem diei ipsi, qui præcessit copulando. Sic nanq;. 13, quælibet hora noctis ipsius initium præbebit. Nec minus pro domino orbis planetam, sub quo quis natus sit, dominum horę accipias, à quo ubi tabulæ unitas ascribitur, incipe, de uno in unum numeraliter procedendo, donec ad annum propositum reuolutionis aduenias. Vt à Saturno, in exemplo reuolutionis meæ ad annum. 47. cui annorũ numero ♀ dña orbis insinuatur.

Venus nanqꝫ dña circuli, ac domus undecimæ anno eodem .47. deputatur, cuius ♄ natiuitatis horæ præfuit. Sic quoqꝫ & in alijs horæ dñis, à primo sẽp natiuitatis dño inchoando, obseruatur. per dñm itaqꝫ horæ primæ ipso natiuitatis anno sanitas uel infirmitas nato tanquam per proprium horoscopi signum significatur. per dñm autẽ horæ secundæ, qui & substantiæ dñs anno secũdo appellatur, augmentũ, uel detrimentũ substantiæ iudicatur. Et sic de reliquis usqꝫ quo ad duodecimũ planetam horæ eidẽ, atqꝫ duodecimæ domui significatũ præbentẽ pari annorũ numero deueharis. quo pacto significatio ipsa denuo domus primæ, tertiodecimo ætatis anno ad tertiæ decimæ horæ dominũ (ut prius) adueniet, & sic de singulis, quemamodũ hic inferius propria uniuscuiusqꝫ planetarũ tabula ab hora prima genituræ alicuius dñantium iuxta annorum, atqꝫ ipsorum planetarũ seriem ab uno usqꝫ ad .84. annũ sub duodecim domorum numero cõtinetur. quibus modo elapsis iterũ ad primũ tabulæ atqꝫ anni primi dominũ ordo idem reuertitur. Significationẽ domus ab ipso duodenario numero tabulæ præscripto usqꝫ ad prædictum annorum numerum e directo inferius in eadem numerorum linea assumendo.

Domus	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Saturnus	♄ 1	2 ♃	3 ♂	4 ☉	5 ♀	6 ☿	7 ☽	8 ♄	9 ♃	10 ♂	11 ☉	12 ♀
	13 ☿	14 ☽	15 ♄	16 ♃	17 ♂	18 ☉	19 ♀	20 ☿	21 ☽	22 ♄	23 ♃	24 ♂
	25 ☉	26 ♀	27 ☿	28 ☽	29 ♄	30 ♃	31 ♂	32 ☉	33 ♀	34 ☿	35 ☽	36 ♄
	37 ♃	38 ♂	39 ☉	40 ♀	41 ☿	42 ☽	43 ♄	44 ♃	45 ♂	46 ☉	47 ♀	48 ☿
	49 ☽	50 ♄	51 ♃	52 ♂	53 ☉	54 ♀	55 ☿	56 ☽	57 ♄	58 ♃	59 ♂	60 ☉
	61 ♀	62 ☿	63 ☽	64 ♄	65 ♃	66 ♂	67 ☉	68 ♀	69 ☿	70 ☽	71 ♄	72 ♃
	73 ♂	74 ☉	75 ♀	76 ☿	77 ☽	78 ♄	79 ♃	80 ♂	81 ☉	82 ♀	83 ☿	84 ☽
Iuppiter	1	2 ♂	3 ☉	4 ♀	5 ☿	6 ☽	7 ♄	8 ♃	9 ♂	10 ☉	11 ♀	12 ☿
	13 ☽	14 ♄	15 ♃	16 ♂	17 ☉	18 ♀	19 ☿	20 ☽	21 ♄	22 ♃	23 ♂	24 ☉
	25 ♀	26 ☿	27 ☽	28 ♄	29 ♃	30 ♂	31 ☉	32 ♀	33 ☿	34 ☽	35 ♄	36 ♃
	37 ♂	38 ☉	39 ♀	40 ☿	41 ☽	42 ♄	43 ♃	44 ♂	45 ☉	46 ♀	47 ☿	48 ☽
	49 ♄	50 ♃	51 ♂	52 ☉	53 ♀	54 ☿	55 ☽	56 ♄	57 ♃	58 ♂	59 ☉	60 ♀
	61 ☿	62 ☽	63 ♄	64 ♃	65 ♂	66 ☉	67 ♀	68 ☿	69 ☽	70 ♄	71 ♃	72 ♂
	73 ☉	74 ♀	75 ☿	76 ☽	77 ♄	78 ♃	79 ♂	80 ☉	81 ♀	82 ☿	83 ☽	84 ♄
Mars	1	2 ☉	3 ♀	4 ♀	5 ☽	6 ♄	7 ♃	8 ♂	9 ☉	10 ♀	11 ☿	12 ☽
	13 ♄	14 ♃	15 ♂	16 ☉	17 ♀	18 ☿	19 ☽	20 ♄	21 ♃	22 ♂	23 ☉	24 ♀
	25 ☿	26 ☽	27 ♄	28 ♃	29 ♂	30 ☉	31 ♀	32 ☿	33 ☽	34 ♄	35 ♃	36 ♂
	37 ☉	38 ♀	39 ☿	40 ☽	41 ♄	42 ♃	43 ♂	44 ☉	45 ♀	46 ☿	47 ☽	48 ♄
	49 ♃	50 ♂	51 ☉	52 ♀	53 ☿	54 ☽	55 ♄	56 ♃	57 ♂	58 ☉	59 ♀	60 ♀
	61 ☽	62 ♄	63 ♃	64 ♂	65 ☉	66 ♀	67 ☿	68 ☽	69 ♄	70 ♃	71 ♂	72 ☉
	73 ♀	74 ☿	75 ☽	76 ♄	77 ♃	78 ♂	79 ☉	80 ♀	81 ☿	82 ☽	83 ♄	84 ♃

Domus	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Sol ☉	1	2 ♀	3 ☿	4 ☽	5 ♄	6 ♃	7 ♂	8 ☉	9 ♀	10 ☿	11 ☽	12 ♄
	13 ☿	14 ♂	15 ☉	16 ♀	17 ☿	18 ☽	19 ♄	20 ♃	21 ♂	22 ☉	23 ♀	24 ☿
	25 ☽	26 ♄	27 ♃	28 ♂	29 ☉	30 ♀	31 ☿	32 ☽	33 ♄	34 ♃	35 ♂	36 ☉
	37 ♀	38 ☿	39 ☽	40 ♄	41 ♃	42 ♂	43 ☉	44 ♀	45 ☿	46 ☽	47 ♄	48 ♃
	49 ♂	50 ☉	51 ♀	52 ☿	53 ☽	54 ♄	55 ♃	56 ♂	57 ☉	58 ♀	59 ☿	60 ☽
	61 ♄	62 ♃	63 ♂	64 ☉	65 ♀	66 ☿	67 ☽	68 ♄	69 ♃	70 ♂	71 ☉	72 ♀
	73 ☿	74 ☽	75 ♄	76 ♃	77 ♂	78 ☉	79 ♀	80 ☿	81 ☽	82 ♄	83 ♃	84 ♂
Venus ♀	1	2 ☿	3 ☽	4 ♄	5 ♃	6 ♂	7 ☉	8 ♀	9 ☿	10 ☽	11 ♄	12 ♃
	13 ♂	14 ☉	15 ♀	16 ☿	17 ☽	18 ♄	19 ♃	20 ♂	21 ☉	22 ♀	23 ☿	24 ☽
	25 ♄	26 ♃	27 ♂	28 ☉	29 ♀	30 ☿	31 ☽	32 ♄	33 ♃	34 ♂	35 ☉	36 ♀
	37 ☿	38 ☽	39 ♄	40 ♃	41 ♂	42 ☉	43 ♀	44 ☿	45 ☽	46 ♄	47 ♃	48 ♂
	49 ☉	50 ♀	51 ☿	52 ☽	53 ♄	54 ♃	55 ♂	56 ☉	57 ♀	58 ☿	59 ☽	60 ♄
	61 ♃	62 ♂	63 ☉	64 ♀	65 ☿	66 ☽	67 ♄	68 ♃	69 ♂	70 ☉	71 ♀	72 ☿
	73 ☽	74 ♄	75 ♃	76 ♂	77 ☉	78 ♀	79 ☿	80 ☽	81 ♄	82 ♃	83 ♂	84 ☉
Mercurius ☿	1	2 ☽	3 ♄	4 ♃	5 ♂	6 ☉	7 ♀	8 ☿	9 ☽	10 ♄	11 ♃	12 ♂
	13 ☉	14 ♀	15 ☿	16 ☽	17 ♄	18 ♃	19 ♂	20 ☉	21 ♀	22 ☿	23 ☽	24 ♄
	25 ♃	26 ☿	27 ☉	28 ♀	29 ☿	30 ☽	31 ♄	32 ♃	33 ♂	34 ☉	35 ♀	36 ☿
	37 ☽	38 ♄	39 ♃	40 ♂	41 ☉	42 ♀	43 ☿	44 ☽	45 ♄	46 ♃	47 ♂	48 ☉
	49 ♀	50 ☿	51 ☽	52 ♄	53 ♃	54 ♂	55 ☉	56 ♀	57 ♀	58 ☽	59 ♄	60 ♃
	61 ♂	62 ☉	63 ♀	64 ☿	65 ☽	66 ♄	67 ♃	68 ♂	69 ☉	70 ♀	71 ☿	72 ☽
	73 ♄	74 ♃	75 ♂	76 ☉	77 ♀	78 ☿	79 ☽	80 ♄	81 ♃	82 ♂	83 ☉	84 ♀
Luna ☽	1	2 ♄	3 ♃	4 ♂	5 ☉	6 ♀	7 ☿	8 ☽	9 ♄	10 ♃	11 ♂	12 ☉
	13 ♀	14 ☿	15 ☽	16 ♄	17 ♃	18 ♂	19 ☉	20 ♀	21 ☿	22 ☽	23 ♄	24 ♃
	25 ♂	26 ☉	27 ♀	28 ☿	29 ☽	30 ♄	31 ♃	32 ♂	33 ☉	34 ♀	35 ☿	36 ☽
	37 ♄	38 ♃	29 ♂	40 ☉	41 ♀	42 ☿	43 ☽	44 ♄	45 ♃	46 ♂	47 ☉	48 ♀
	49 ☿	50 ☽	51 ♄	52 ♃	53 ♂	54 ☉	55 ♀	56 ☿	57 ☽	58 ♄	59 ♃	60 ♂
	61 ☉	62 ♀	63 ☿	64 ☽	65 ♄	66 ♃	67 ♂	68 ☉	69 ♀	70 ☿	71 ☽	72 ♄
	73 ♃	74 ♂	75 ☉	76 ♀	77 ☿	78 ☽	79 ♄	80 ♃	81 ♂	82 ☉	83 ♀	84 ☿

Portio autem horæ inæqualis in die, uel nocte scietur, dum tabulam hanc infrascriptam cum horis integris ab ortu Solis ad occasum acceptis, accesseris. nam quod in prima uniuscuiusq; horæ linea à 7. usq; ad. 17. è regione. o. ex horis uel minutis desubter notatũ inuenies, cuiuslibet horæ spatium diei ipsius ostendet, si cum arcu diurno tabellam ipsam inuaseris, uel nocturnæ horę cuiuslibet limitatũ tempus aperiet, si cum nocturno tempore tabulæ eiusdem ingressum quæsieris. Quòd si ultra horas perfectas in arcu aliquo diurno, uel nocturno minuta aliqua adhæserint, cum minutijs eisdem horarũ, uel proxime minoribus sinistrorsum acceptis collateralem lineam descendentem ingredere, atq; è directo ipsorum in angulo cõmuni sub horarum integrarum linea tempus ibidem notatum excipies. Verum si ultra minuta eadem, cum quibus tabulam ipsam modo ingressus fueras, aliqua deinceps abundauerint, pro quolibet minuto superextanti secunda quinque tempori prius exhibito horæ ipsius diurnæ, uel nocturnæ, adijcito. Sic nanq; minuta. 12. arcus eiusdem minutum unum horæ cuilibet diei, uel noctis adaugent. Habito ergo adæquato tempore horæ unius, qualiscunq; diurnæ uel nocturnæ. per multiplicationem ipsius cæterarum terminum facile elicies. Nam si duplum temporis eiusdem ortui, uel occasui Solis addideris, horam secundam perfectam diei, uel noctis habebis. Sin illud idem horis meridiei, uel noctis mediæ adiunxeris (sexta tunc hora diei, uel noctis italicæ exacta) octaua, sin triplum nona non minus ab ortu prosiliet. siue secunda, ac tertia, à meridiæ, uel noctis medio inchoantibus æque prodibit, quarum modo dominium iuxta antedictam planetarum seriem superius edoctam edisces.

Horæ	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
minuta	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃	h. m̃
0	0 35	0 40	0 45	0 50	0 55	1 0	1 5	1 10	1 15	1 20	1 25
12	0 36	0 41	0 46	0 51	0 56	1 1	1 6	1 11	1 16	1 21	1 26
24	0 37	0 42	0 47	0 52	0 57	1 2	1 7	1 12	1 17	1 22	1 27
36	0 38	0 43	0 48	0 53	0 58	1 3	1 8	1 13	1 18	1 23	1 28
48	0 39	0 44	0 49	0 54	0 59	1 4	1 9	1 14	1 19	1 24	1 29

do.no. g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m
♈ ♂3.20	♀6.40	☿10.0	☽13.20	☉16.40	☿20.0	♀23.20	♂26.40	♃30.0
♉ ♄3.20	♄6.40	♃10.0	♂13.20	♀16.40	☿20.0	☽23.20	☉26.40	☿30.0
♊ ♀3.20	♂6.40	♃10.0	♄13.20	♄16.40	♃20.0	♂23.20	♀26.40	☿30.0
♋ ☽3.20	☉6.40	☿10.0	♀13.20	♂16.40	♃20.0	♄23.20	♄26.40	♃30.0
♌ ♂3.20	♀6.40	☿10.0	☽13.20	☉16.40	☿20.0	♀23. 0	♂26.40	♃30.0
♍ ♄3.20	♄6.40	♃10.0	♂13.20	♀16.46	☿20.0	☽23.20	☉26.40	☿30.0
♎ ♀3.20	♂6.40	♃10.0	♄13.20	♄16.40	♃20.0	♂23.20	♀26.40	☿30.0
♏ ☽3.20	☉6.40	☿10.0	♀13.20	♂16.40	♃20.0	♄23.20	♄26.40	♃30.0
♐ ♂3.20	♀6.40	☿10.0	☽13.20	☉16.40	☿20.0	♀23.20	♂26.40	♃30.0
♑ ♄3.20	♄6'40	♃10.0	♂13.20	♀16.40	☿20.0	☽23.20	☉26.40	☿30.0
♒ ♀3.20	♂6.40	♃10.0	♄13 20	♄16.40	♃20,0	♂23.20	♀26.40	☿30.0
♓ ☽3.20	☉6.40	☿10.0	♀13 20	♂16.40	♃20.0	♄23.20	♄26.40	♃30.0

♈	♂ 2.30	☉ 5.0	♀ 7.30	☿10.0	☽12.30	♄15.0
	♃17.30	♂20.0	☉22.30	♀25.0	☿27.30	☽30.0
♉	♀ 2.30	☿ 5.0	☽ 7.30	♄10.0	♃12.30	♂15.0
	☉17.30	♀20.0	☿22.30	☽25.0	♄27.30	♃30.0
♊	☿ 2.30	☽ 5.0	♄ 7.30	♃10.0	♂12.30	☉15.0
	♀17.30	☿20.0	☽22.30	♄25.0	♃27.30	♂30.0
♋	☽ 2.30	♄ 5.0	♃ 7.30	♂10.0	☉12.30	♀15.0
	☿17.30	☽20.0	♄22.30	♃25°0	♂26.30	☉30.0
♌	☉ 2.30	♀ 5.0	☿ 7.30	☽10.0	♄12.30	♃15.0
	♂17.30	☉20.0	♀22.30	☿25.0	☽27.30	♄30.0
♍	☿ 2.30	☽ 5.0	♄ 7.30	♃10.0	♂12.30	☉15.0
	♀17.30	☿20.0	☽22.90	♄25.0	♂27.30	♂30.0
♎	♀ 2.30	☿ 5.9	☽ 7.30	♄10.0	♃12.30	♂15.0
	☉17.30	♀20.0	☿22.30	☽25.0	♄27.30	♃30.0
♏	♂ 2.30	☉ 5.0	♀ 7.30	☿10.0	☽12.30	♄15.0
	♃17.30	♂20.0	☉22.30	♀25.0	☿27.30	☽30.0
♐	♃ 2.30	♂ 5.0	☉ 7.30	♀10.0	☿12.30	☽15.0
	♄17.30	♃20.0	♂22.30	☉25.0	♀27.30	☿30.0
♑	♄ 2.30	♃ 5.0	♂ 7.30	☉10.0	♀12.30	☿15.0
	☽17.30	♄20.0	♃25.30	♂25.0	☉27.30	♀30.0
♒	♄ 2.30	♃ 5.0	♂ 7.30	☉10.0	♀12.20	☿15.0
	☽17.30	♄20.0	♃22.30	♂25.0	☉27.30	☿30.0
♓	♃ 2.30	♂ 5.0	☉ 7.30	♀10.0	☿12.30	☽15.0
	♄17.30	♃20.0	♂22.30	☉25.0	♀27.30	☿30.0

Superior Tabella per quoslibet gradus.3.m. 20. nouenariæ dominum, Collateralis subsequens decani per gradus quosque.2.mi.30. Vltima uero inferius posita decani dominos ostendit, cuilibet gradus.10.ex zodiaco impartiens.

♈	♂10	☉20	♃30
♉	♀10	☿20	♄30
♊	☿10	♀20	♄30
♋	☽10	♂20	♃30
♌	☉10	♃20	♂30
♍	☿10	♄20	♀30
♎	♀10	♄20	☿30
♏	♂10	♃20	☽30
♐	♃10	♂20	☉30
♑	♄10	♀20	☿30
♒	♄10	☿20	♀30
♓	♃10	☽20	♂30

Anni Alfridariæ idest gubernationis planetarũ in natiuitatibus diurnis.

Planetæ	Anni	Menses	Dies
☉	1	5	5
☉♀	2	10	9
☉☿	4	3	13
☉☽	5	8	17
☉♄	7	1	22
☉♃	8	6	26
☉♂	10	0	0
♀	11	1	22
♀☿	12	3	13
♀☽	13	5	4
♀♄	14	6	26
♀♃	15	8	17
♀♂	16	10	9
♀☉	18	0	0
☿	19	10	9
☿☽	21	8	17
☿♄	23	6	26
☿♃	25	5	4
☿♂	27	3	13
☿☉	29	1	22
☿♀	31	0	0
☽	32	3	13
☽♄	33	6	26
☽♃	34	10	9
☽♂	36	1	22
☽☉	37	5	5
☽♀	38	8	17
☽☿	40	0	0
♄	41	6	26
♄♃	43	1	22
♄♂	44	8	18
♄☉	46	3	14
♄♀	47	10	10
♄☿	49	5	6
♄☽	51	0	0

Planetæ	Anni	Menses	Dies
♃	52	8	17
♃♂	54	5	4
♃☉	56	1	21
♃♀	57	10	8
♃☿	59	6	23
♃☽	61	3	10
♃♄	63	0	0
♂	64	0	0
♂☉	65	0	0
♂♀	66	0	0
♂☿	67	0	0
♂☽	68	0	0
♂♄	69	0	0
♂♃	70	0	0
☊	73	0	0
☋	75	0	0

Si natiuitas fuerit in die, Sol principaliter gubernat ipsum natum annos decem. Venus octo. Mercurius tredecim. Luna nouem. Saturnus undecim. Iuppiter duodecim. Mars septem. Hoc tamen pacto quòd planeta quilibet per septimam partem annorum suorum dominium sibimet solus sortitur, dehinc subsequẽtibus pro quota sua seriatim à proximiori inchoans impartitur. Et sic successiue de uno in unum, quemadmodum tabella hac, ab anno primo nati, & planeta diurno, ad annos usq;. 75. continetur. Capiti & caudæ huic binos, illi ternos annorum numeros singulariter tribuendo.

Alfridariæ planetarum à ☽ in geniturís nocturnís auſpicando.

Planetæ	Anni	Menſes	Dies
☽	1	3	13
☽♄	2	6	26
☽♃	3	10	9
☽♂	5	1	22
☽☉	6	5	5
☽♀	7	8	18
☽☿	9	0	0
♄	10	6	26
♄♃	12	1	22
♄♂	13	8	18
♄☉	15	3	14
♄♀	16	10	9
♄☿	18	5	9
♄☽	20	0	0
♃	21	8	17
♃♂	23	5	4
♃☉	25	1	22
♃♀	26	10	8
♃☿	28	6	25
♃☽	30	3	13
♃♄	32	0	0
♂	33	0	0
♂☉	34	0	0
♂♀	35	0	0
♂☿	36	0	0
♂☽	37	0	0
♂♄	38	0	0
♂♃	39	0	0
☉	40	5	5
☉♀	41	10	10
☉☿	43	3	15
☉☽	44	8	20
☉♄	46	1	25
☉♃	47	7	0
☉♂	49	0	0
♀	50	1	22
♀☿	51	3	14
♀☽	52	5	16
♀♄	53	6	26
♀♃	54	8	20
♀♂	55	10	8
♀☉	57	0	0
☿	58	10	9
☿☽	60	8	17
☿♄	62	6	26
☿♃	64	5	4
☿♂	66	3	13
☿☉	68	1	22
☿♀	70	0	0
☊	73	0	0
☋	75	0	0

In natiuitatibus nocturnís lumínare noctís per annos nouem domíníum ſibi propríus aſſumít, deinde Saturnum ſibi collegam, poſtea alíos ſeriatim partícipes effícit. Et ſic ſucceſſiue quilibet alius uſq; ad tabulæ calcem. Annís autem. 75. nati exactís ad utríuſq; tabulæ exordíum díuertetur.

Temporum ſiue ætatum domini.

☽	4	Infantiæ
☿	14	Pueritiæ
♀	22	Adoleſcentiæ
☉	41	Iuuentutís
♂	56	Virílitatís
♃	68	Senectutis
♄	98	Decrepitatís
☽	102	Infantiæ iterum

De diuisore anni, quem Arabes Algebuthar uocant reperiendo.

Algebutar

ASscensionibus obliquis ascendentis gradus hora natalis exortus acceptis, gradus totidem adiicito, quotus annorum numerus perfecto nato pertransiit, quorum modo graduum ac minutorũ congeriem (si quæ sunt) in tabula ascensionum quære polaribus gradibus loci nauitatis propositæ inseruiẽti. atq; illico sinistrorsum in prima zodiaci linea gradum offendes) exhibita proportionali norma minutorũ ultra gradus integros ascensionis prædictæ) ad quem zodiaci gradum directio reuolutionis hora deuoluatur. Cuiusmodi loci termino planeta prædominans dispositor, seu diuisor anni illius appellatur. Qui teste (Haly) potens est in nato, ut sciatur de quibus magisteriis se intromittet natus anno ipso, & si bonis fortunæ, uel paupertate grauabitur. Quod si fuerint radii alicuius planetæ in termino illo corpore, uel aspectu locati, tunc planeta ille particeps, seu receptor domini loci ipsius efficietur. Similiter quoties directio eadem ad corpus, uel radios infortunæ peruenerit, tunc nato infirmitas in corpore, uel infortunium eueniet, secundum naturam infortunæ illius.

Almuten

Almutem uero id est figuræ cœli prædominans, ipse est planetis cæteris pluris dignitatis & fortitudinis in ascendẽte in locis duobus luminariũ, atq; in loco partis fortunæ, in loco quoq; cõiunctionis, uel præuentionis quæ natiuitatẽ, reuolutionem, uel figurã cœli aliam ꝑuenit. Collectis nanq; prædictorum omnium uirtutibus ex tabula fortitudinum essentialium, qui plures habuerit in locis prædictis, uel alio dato cœli punctum planeta hic uincens, & prædominans habebitur, siue hunc ipsum locum aspexerit, uel non. Quod si pares duo, uel plures in dignitate fuerint, & alter locum ipsum aspexerit, uel in angulo fortior, uel in suo haym, uel melioris esse cum Sole aut in prædicto locorum aliquo corporaliter reperiatur, alterum æqualem in dignitate præcellet.

De coniunctionibus magnis planetarum.

IN annuis natorum reuolutionibus coniunctiones magnæ etiam considerandæ sunt, quæ homines ad diuersa accidentia, moresq; animi generaliter inclinant. Horum maxima est coniunctio Saturni & Iouis in principio Arietis, quæ in. 960. annis fit. Secunda autem amborum coniunctio est in initio uniuscuiusq; triplicatis in annis uidelicet. 240. Tertia coniunctio est Saturni, & Martis in initio Cancri, quæ quibuslibet 30. uel circiter fit. Quarta est coniunctio Iouis, & Saturni in unoquoq; signo eiusdem triplicitatis. Quinta est introitus Solis in æquinoctii uernalis punctũ, uidelicet quæ in capite Arietis anno quouis fit. Vnde astrologi anni initium sumũt. Sexta est coniunctio luminariũ in menstruis lunaribus cõiunctionibus, Et scias quod quãdo dicitur ascendens coniunctio-

nis, in reuolutionibus annorum mūdi, signum ipsum significatur, quod hora introitus Solis in primū Arietis punctum ascendit. Quorum omnium significata, & apotelesmata in libris iudiciorum exquire.

De inquirendo Hylech significatore uitæ, & Alcocoden annorum domino.

SI natiuitas fuerit in die, considera primum locum Solis, qui si fuerit in ascendente, uel per quinqꝫ gradus ante, uel in decima, aut in undecima, & aspexerit ipsum aliquis habens sibi aliquam dignitatem à domino domus ad dominū faciei ultimo, etiā si fuerit signum ipsum fœmininum, ipse erit hylech. uel si modo fuerit in septima, octaua, uel nona prædictis modis, in signo tamen masculino. Aliter Sole hylech non sic extante cum conditionibus ipsis, Lunam secundo considerabis. Quæ si fuerit in angulo uel succedenti, uel in tertia etiam, & in signo, & quarta fœmininis, uel saltem in signo eiusdem sexus, cum aspectu semper, ut prædiximus, ipsa erit hylech. Quæ si non fuerit, & natiuitas fuerit coniunctionalis, tūc tertio quæras hylech ab ascendente quarto à parte fortunæ, ultimo à loco coniunctionis. Sed si natiuitas fuerit præuentionalis, & luminaria non fuerint apta hylech, tunc à parte fortunæ ad ascendens, ultimo ad gradum præuentionis singulariter procede. in his tribus de sexu non curando, sed tantummodo quòd in angulo, uel succedenti cum aspectu (ut prædiximus) reperiantur. Alchabitius tamen post loca luminarium utrolibet à gradu coniunctionis, aut præuentionis primū, deinde ad partem fortunæ, ultimo ad ascendentis gradum processit. In nocturna genitura à Luna, primo inchoandum extabit, secundo à Sole dehinc successiue secundum prædictum modum. Aspectus ab eodem gradu usqꝫ ad medium orbis acceptatur, qui in parte fortunæ nisi tantum à domino domus, uel exaltationis consideratur secundum Haly, in alijs genraliter ut supra. Absqꝫ aspectu non potest esse hylech, neqꝫ alcocoden, nisi cum luminaria in prædictis locis fuerint apta hylech in domibus, uel exaltationibus suis. nam hoc modo cum fuerint hylech, uel alter eorum, etiam alcocoden absqꝫ alio aspectu. Item in alio casu, quem ponit Haly, uidelicet cum dominus loci luminaris temporis in gradu fuerit, qui diem æqualem, uel pares habeat ascensiones cum loco ipso luminaris. Veruntamen planeta combustus infra terminos, quos præmisimus, non potest esse hylech, neqꝫ alcocoden, qui est datorum annorum nati, quicqꝫ plures habet dignitates in loco hylech, ipsumqꝫ è meliori loco cœli, uel esse ad Solem aspiciat, tum plures uel pares cū alio fortitudines habuerit. Et interpretatur uir, & hylech uxor. Datqꝫ nato Alcocoden annos suos maiores uel minores & medios, iuxta situm, fortitudinem, & dispositionem ipsius. Qua de re plures astronomorum sententias rimare, Solutionem autem penes Antonium de Montulmo, & Ioannem Monteregium.

INter cæteras Aſtronomiæ partes, quæ in prognoſticandis futuris uerſatur, difficilis ac difficillima. penè habetur certa futuræ aereæ qualitatis præcognitio, cum non ab uno tantum dependeat principio, quemamodum natiuitatis, reuolutionis, aut interrogationis iudicium. uerum à pluribus, ut ab aſcendente coniunctionis, uel præuentionis in reuolutionibus annorum, quartarum anni, congreſſuum luminarium, tetragonum, atq; oppoſitionum, & ingreſſuum ſignorum, & propterea uarios, atq; diuerſos ſortiatur effectus, quos etiam ab ortu, & occaſu ſtellarũ, nec minus, quàm ex prædictis ſtudioſa nouit antiquitas. Adde quòd caloris nimia, frigoriſue acceſſio aut nubes prohibet, aut diuidit, aut cito diſſoluit. Ex quo in eadem regione æſtate hic pluit, illic ſerenitas. Atq; frigidiſſimis temporibus, ut calidiſſimis etiam, parum, uel raro pluit. Ad quod etiam accedit uaria regionum diſpoſitio, ac ſitus, ut ſeptentrionalis, meridiana, conuallis, campeſtris, ac montuoſa. Vnde calidiſſimos, ac frigidiſſimos, ſiccos, uel humidos uentorũ afflatus. hic niues, & glacies, illic æſtus intenſos ſub eodem hemiſpærio, nec diuerſo ferè tempore, uel loci interſtitio adeſſe concernimus. Cum igitur prædictorum effectuum bipartitæ, uel etiam tripartitæ ſint cauſæ, quas nouit uniuerſorum philoſophantium ſchola, in his oportet iudicium proferenti multas adhibere conſiderationes.

Non enim conſtellatio eadem, ſub qua plures nati ſunt, omnes reges facit, uel omnes albos, cum alicubi, ut in Aetiopia, omnes nigri ſint, quæ omnia non tantum ſecundum uirtutem, & qualitatem agentis, ſed etiam ſecundum diſpoſitionem ſuppoſiti intelligenda ſunt. Sic erunt igitur & Aſtrologorum dicta, & cœlorum apoteleſmata in elementaris corporis diſpoſitione ponderanda. Quæ quoniam aeris diſpoſitio ex ui cœli ac ſyderum influxu primo, ac principaliter conſiſtit, ac reliquę prædictorum accidentium cauſæ tanquam ſecundariæ ſupponuntur. Hæc propterea ex multorum Aſtrologorum dictis breuiter exponentur, quorum, nec præmiſſorum minus qualitate perſpecta, non longe multum à ueritate aberrabis.

Quæ ex hali dictis, Omar, & Albumaſaris ſententia colliguntur.

ACcidentia & qualitates aeris in anno dignoſcuntur ab aſcendente coniunctionis, uel præuentionis Solis, & Lunæ, quæ fuerit ante introitum Solis in Arietem, & à loco luminarium, in figura, & à locis ſimiliter planetarum. Vnde ſi Saturnum inueneris in aliquo angulorum ab aſcendente, uel etiam à domino ipſius, firmum in eodem loco, ac fortem, maxime in medio cœli, & aliqua dignitatum ſuarum, in tempore caloris, minuit calorem, & in tempore frigoris facit magnum frigus. Etſi remotus fuerit ab

angulis, non multum diuersificabit annum in qualitate sua, nisi forte dum uenerit ad angulos ascendentis. Et quando in anni initio fuerit in angulo à domino ascendentis, uidelicet in .4.7. &.10. ab eodem minor & debilior erit significatio sua, quàm dum fuerit in angulis ab ascendente signo. Nec minus de Marte iudicabis secundum qualitatem suam, quem modo prædicto in angulis existentem, uel succedentibus, remissius tamen, in significatorem elegeris, & sic de planetis alijs. Quorum etiam commistionem, & aspectuum reciprocationem, & in signis permanentiam considera. Aspice similiter Mercurium, qui si fuerit in medio cœli in signo aereo, significat diuersitatem magnam in aere, tonitrua magna, & crebra fulgura, maxime si aliqua infortunarum fuerit in angulo aliquo ab ipso Mercurio. Et adiuua te in hoc à parte aeris, & uentorum, faciendo hanc participem cum significatore ipso. Quòd si fuerit cũ parte eadem repertus, uel eiusdem domino, iudica ex eo, sicut ante diximus. per existentiam ipsius in angulo, & aspectus alios planetarũ. Pars hæc accipitur à loco Mercurij usq; ad gradum domini domus in qua est, addendo desuper gradus ascendentis, & proiicitur deinceps ab ascendentis signo. & ubi finitus fuerit numerus, ibi est pars prædicta. quòd si Mercurius fuerit in domo sua, accipe suosmet gradus usq; ad ascendens, & proiice ab ascendente. Et tunc uide quomodo fuerit pars illa cum planetis, & secundum hoc iudica. Et illud quod diximus de introitu Solis in Arietem, hoc idem facies de ingressu ipsius in quamlibet quartarum Zodiaci. Similiter de ingressu Solis, & Lunæ in quodlibet signorum duodecim. Tamen fundamentum & radix omnium prædictorum est ab ascendente coniunctionis, uel oppositionis quartarum anni, & à domino tunc ascendentis, & domino locorum ipsorum, quoniam quando isti fuerint in locis humidis & pluuiosis, significant pluuias, maxime si applicuerint planetis humidis, & pluuiosis, & si econtra, contrarium iudica.

Et scias quòd quando planeta significator fuerit occidentalis, retrogradus uel parui motus, aut descendens in latitudine, uel in circulo suæ augis, significat pluuias, & ecõtra. Item si fuerit combustus pluuias designat, præter Martem, qui solus combustus pluuias minuit.

Scitur etiam dispositio aerea in pluuiis tonitruis, & coruscationibus ab introitu Solis in .20. gradum ♏. Nam si tunc Iuppiter, Venus, & Mercurius fuerint occidentales, aut retrogradi, iudica anno illo pluuias multas. Postmodum considera stellam Saturni, & Martis, quorum alter fortior sit, & quam societatem cum planetis, & Mercurio præsertim habuerit

Albumasar partem diei assumit, quando Sol oritur die qualibet accipiendo gradus, qui sunt à Sole ad Saturnum, numerũ illum proiiciens à Luna & secundum locum, & naturã planetæ aspicientis illum, in quo cadit numerus ipse, de die illo diiudicat, Et similiter ab ascendente introitus Lunæ

in quodlibet signorum donec manserit in eo.

Ex Leupoldo tractatu sexto de mutatione aeris.

PRo quartis anni consideranda sunt initia æquinoctiorũ solstitiorum, & præcedentes coniunctiones, uel præuentiones luminarium, & anguli cœli, & domini prædictorum locorum omnium, necnon coniunctiones, & applicationes planetarum, naturæ signorum, & stellarum quæ in eis sunt ex fixis, & planetarum in se, & mansiones Lunæ. 28. demum regulæ, quas ponunt Astrologi de mutationis aeris præcognitione.

Propterea signa humida sunt ♋ ♌ ♏ & ♒. his additur ♐ & ♓. Partes quoque signorum humidæ sunt fines ♈, principium ♉ & ♋, finis quoque ♑, & initia ♒ & ♌.

Pluuiales natura sunt Venus, Mercurius & Luna.

Saturnus autem cum præfuerit anno absq; aspectu ♂, uel planetæ frigiditatem ipsius temperantis, frigus intimat, & magis cum fuerit ascendens à medio circulo suæ augis.

Iuppiter absq; aspectu alterius, uel cum Sole etiam aerem temperat, & facit uentos septentrionales, mediocres tamen.

Mars cum præfuerit anno absq; aspectu ♄, uel planetæ infrigidantis, hyemis frigora contemperat, æstatis calorem auget, & eo magis in signo calido, & si ascendat in circulo suæ augis.

Sol uariat anni quartas secundum coniunctionem, & aspectus planetarum ad eum. Saturnus nanq; cum Sole in hyeme absq; aspectu Martis auget frigus, in æstate calorem minuit, & eo magis in signis frigidis.

Venus autem quandocunq;, uel sit cum Sole uel præsit anno, in uere, & hyeme humiditatem auget, in æstate & autumno siccitatem minuit, maxime in signo humido, & dum eam planeta siccus minime aspiciat.

Mercurius eodem modo cum ☉ qualitatem aeris uariat, & corrumpit uentos, maxime in humidis, & uentosis, in calidis uero, & siccis, siccitatem adauget.

Luna quolibet mense naturam, & qualitatem aeris commiscet, & temperat ex coitu Solis, quemadmodum Sol idem in anni quartis.

Ex eodem tractatu regulæ hæ compræhenduntur.

In reuolutione anni si ♂ in signo proprio est, multum pluet, in domo ♄, parum, in alijs mediocriter.

In con. uel oppositione luminarium, quæ præcedit reuolutionem anni si ♂ locum illum aspiciat, erunt fulgura, tonitrua, & lampades.

Annuales pluuiæ secundum Indos præsciuntur sic. In con. ☉ ☽, uel oppo. quæ præcedit reuolutionem anni in ♈, si ☽ aspiciat ♄, & ambo sint in signo humido, & non interceperit aspectus ♃, erunt nubes nigræ, & pluuia lenta & durãs. Et si planetæ inferiores, uidelicet ♀ & ☿ ♄ aspicient,

tunc erit pluuia maior, & durans.

In reuolutione anni si ♀ ☿ & ☽ in locis humidis fuerint, pluuiæ redundabunt. idem de partibus trium horum intelligas. Et in hoc accipiuntur gradus, hora ☌ uel ☍ luminarium æquinoctium uernum præuenientis gradus ascendentis, qui sunt à Mercurio in dominũ signi, in quo fuerit ☿ ipse, & additis gradibus ascendentis signi ab horoscopo proiiciuntur. Et sic iuxta dominũ loci, ubi terminatur numerus ille diiudica. Quod si ☿ in propria domo fuerit, accipe suosmet gradus, & proiice ut supra.

Item pars alia pluuiæ accipitur in die à ♀ in ☽. in nocte uero econuerso, & proiicitur ab ascendente quæ si cadit in loco humido, multæ erunt pluuiæ, & econtra. Et cum ad locum illum ☽ uel ♀ peruenerit pluet.

Cum Sol tropicum intrat signum, si ♀ tunc de humido Lunam aspexerit in humido pluuiæ erunt multæ. Si tunc Luna non est in humido, sed ♀ tantum temperat.

In reuolutione si ☽ aspicit ♀ uel ☿, & ambo sunt orientales, in principio anni erunt pluuiæ, si occidentales econtra.

Item si ♂ tunc de ♏ ♀ aspicit, pluuiæ abundant.

Cum ☉ est in ♈ uel ♉ & ♀ tunc retrograda, uer erit pluuiosum ualde.

Si Soli à ♄ in ♈, hoc est in hyeme planeta solus retrogradus iungatur, siccitas erit. Si duo, humiditas congruens. Si tres, humiditas addens. Si quatuor fiet diluuium. de superioribus non potest hoc esse, nisi per aspectum.

Sol in terminis ♂ in æstate calorem auget, in hyeme & uere siccitatem.

In autumno si omnes planetæ cum ☉ retrogradi sint, & in hyeme dirigantur, erit siccitas snmma in omni climate.

